Universidad de Deusto
Biblioteca

1798

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3ª Serie 2ª Nº 6 bis

Est. 53

Plut. 2ª 1

BIBLIA
SACRA

1

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 1
Plúteo 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

1-824

1
4

S Fátima
C
2

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Prima pars biblie cū

glosa ordinaria ⁊ expositiõe lyre litterali
⁊ morali: necnõ additiõibus ac replicis:

Continens
- Genesim
- Exodum
- Leuiticum
- Numeri
- Deuteronomiū

SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA BURGENSIS COLLEGII

Societatis Jesu. Burgis. 1862.

Universidad de Granada
Biblioteca

Reuerendissimo in christo patri/domino Iohanni de Dalburg/ecclesiæ Vormacien
sis & Vangionum antistiti eruditissimo: Sebastianus Brant cum fœlicitate Salutem.

Parthorum regem sine munere nemo salutat. Ego vero Reuerendissime præsul/totius vitæ & salutis meæ rex & imperator: tametsi oĩa post deos immortales/tuæ sanctissimæ debeo dignitati: pro tua singulari nobilitꝫ humanitate/qua me miserũ homũtionẽ/longa iam & incredibili beniuolentia & charitate prosequi dignatus es: Nihil tamẽ muneris quod tanto sit principe dignum: tuus tibiq; deditissimus/ad præsens mittere potuit seruulus: ꝯ pronam intaminatamq; obsequendi voluntatẽ. Hac vna re nescio si quid maius gratiusq; quisq; mortalium offerre possit. Est etenim neq; Crœsi neq; Midæ diuitijs posthabendus gratificandi animus. Et vt est præclare apud Isocratem: vobis principibus aurum cœlatum/preciosam supellectilem cæteraq; id genus dono dare (quarũ rerũ apud vos magna est copia) cũ qui donat ipse indigeat: nõ tam donare: ꝯ sperata quadam mutatiõe/astute callideq; vobiscum mercari videtur. Cæterum cũ memoria mecũ repeterem: quãtum bonarum rerũ vsus atq; doctrina: priscaq; celebratissimorũ quondam principum ornamẽta: iam prope hac nostra ætate in terris extincta: in te vno principe optimo/cumulatissime reluceant/splẽdidissimeq; reuiuiscãt: Et ego interea a nõnullis litterariæ officinæ bibliographis interpellarer/vt impressiõi huius operis (ꝯ bibliam appellant) cõmendaticias apponerẽ litterulas: & id officij/tuæ illustri magnificentiæ nõ ingratũ fore sperarẽ: statui illud tuo nomini celebratissimo dedicare. Soles enim pro innata tibi virtute/non solum quæcunq; ad informandũ optimum principem pertinent/periucunde & studiose excipere: Sed & quicquid vbiq; bonarũ litterarum cõperitur studiosius exquirere: ingenti quoq; obseruatione percolere. Vnde cũ ad cætera diuina tua ornamenta: etiam doctrinarum/& omnis humanitatis cultus accesserit: quo cũctos nostri tẽporis antistites/litterario studio (quod & græce & latine/gloriose cõplexus es) integerrimoq; & prudenti cõsilio quo plurimum polles: nõ modo adæquasti/sed & longe superas: factũ est vt haud ab re magnipotentissimus Romani culminis moderator/diuus Maximilianus: te quẽ antea imperij sui principem habuit: paucis iam transcursis diebus/etiã in secretissimum rerũ suarum agendarum principem & cõsularem virum/iure quidẽ meritissimo inseruerit. Sed vt ad muneris nostri (vnde digressus sum) redeã excellentiam: Mirum est inclyte præsul: quãtæ dignitatis/quãtæ auctoritatis/cõmoditatisq; sit huius bibliæ opus: neq; id paucis explicabo verbis. In hoc enim codice/ totius sacræ paginæ cõperitur basis & fulcimẽtum: quippe cum spiritu ipso diuino verba huius textus singula/& dictata & prolata fuisse/nemo est qui ambigit. Adiũgitur quoq; in hac nostra impressione /verbis textus/glosula tam interlinealis ꝯ marginalis: quã ordinariam vocant. In qua operæprecium est videre tot sanctissimorũ virorum: tot præstãtiumq; doctorum pregnantes sententias/tam elegãter tamq; conuenienter ad verba textus applicatas: vt ex his non modo fructum/sed & delectationem mirandã lector sit habiturus. Reperitur præterea suo loco et ordine præclarissimi patris Nicolai de lyra/plurimũ vtilis cõcinnaq; tam litteralis ꝯ moralis postillatio. Est deinde studioso lectori magnopere profutura/laboriosa illa Decreti & Bibliæ consonãs in margine apposita cõcordia. Venit postremo væhementer considerandum opus ipsum/multo ingenio/multa quoq; arte & industria tã magistraliter ordinatum: vt nescias/qd̃ primo: quodve posteriori loco cõmendari cõueniat. Si enim mediam ipsius paginæ vtrolibet inspicias faciem: pronus se offert grãdioris aliquãtulũ lituræ textus: supra cuius singula verba/singulas cõperies interlineales glosulas: paruas quoq; vtrobiq; litterulas demõstrantes easdẽ: Si dextrũ cõspicias cornu: vt plurimũ manu annotatã/offendes glosam ordinariã: & ex eadem lateris parte characterulos tam textui ꝯ margini appositos: sibi quoq; inuicẽ correspõdẽtes. Sin vero sinistrorsum/litterulas prope textũ vagantes cõsiderabis: hæ tibi glosas lyræ representabunt: quæq; ex illis cruce forsan munitæ reperiuntur: hæ tibi moralitates lyræ in fine cuiuslibet capituli seorsum recollectas exhibebũt. Meminerit nihilominus lector: q; in fine cuiuslibet colũnæ/signa verbaq; animaduertat. Vbicunq; nẽpe illud signum ℣ in principio vel fine cõperit: sciat glosæ ordinariæ continuationẽ/ea designari nota. Q; si verbum aliquod continuationis ponatur in fine columnæ: quod similiter ponitur in principio alterius subsequẽtis colũnæ: haud dubiũ erit quin postillæ lyræ denotet cõtinuationẽ. Incredibile dictu est/præsul venerandissime/ꝯ mira ꝯq; artificiosa sit rerum omniũ in hoc opere tum locatio/tum cõtinuatio: in tantum vt singula verba textus: suas in eadem charta et aspectu reperiãt glosulas/adeo appropriatas/adeoq; ad manum cõperibiles: vt ne folium quidẽ vertere opus sit. Sunt præterea tot tantæq; in hoc libro cõmoditates: ingeniosaq; inuẽta/additionũ replicationũq; nusq; alibi ad bibliã redactarũ: immixtiões: quas si singulas recẽsere pgã: & calamus defecturus: & ego supraq; deceat modũ epistolæ sim excessurus. Hanc sibi ꝓuinciã optimi ciues nostri/mihiq; præter cæteros chari: Iohannes petri de Langendorff: vna cũ Iohanne froben de Hamelburg præstantes artis impressoriæ idiographi: maximis quidem impensis: maiori autẽ opera & diligentia: bienis prope spaciũ labore nauarũt: ad finemq;/ deo omniũ bonorum auctore/duce/in inclyta Basileorum vrbe/principante diuo Maximiliano Romanorum rege glorioſissimo victoriosissimoq; atq; triũphatore magnifico/fœliciter perduxerũt. Quod quidem opus per partes diuisum/sũmarijs quibusdam annotationibus eorum librorum qui singulis in partibus continentur: epigrãmate nostro præscripto cõplexus sum: & quoad per me fieri potuit emendatum reddidi: tibiq; præsul magnidecentissime nominatim dedicaui: vt quicquid legẽtes/ex hoc labore/voluptatis vtilitatisq; percipient (sunt autem percæpturi plurimum) id totum vni tibi principi elegantissimo/eruditissimo/atq; optimarum disciplinarum amantissimo accæptum referent. Vale mi humanissime princeps: & me cõmendatum habe: tibiq; tanꝯ mihi patrono benefico & optimo persuade/ tuum beneficium apud me nunq; intermoriturum. Iterum vale doctrinæ morumq; parens. Vale & salue præsulum decus. Ex Basilea nonis septembribus. Anno. M. cccc. xcviii.

# De libris biblie canonicis et non canonicis

Quia sunt multi qui ex eo q; nõ multã operã dant sacre scripture existimãt omnes libros qui in Biblia continẽt pari veneratione esse reuerendos atq; adorãdos nesciẽtes distinguere inter libros canonicos ꝛ nõ canonicos: ꝙs hebrei inter apocrypha computãt: vnde sepe coã doctis ridiculi videnť: ꝛ perturbanť: scandalizanturq; cum audiunt aliquẽ nõ pari cũ ceteris omnibus veneratione ꝓsequi aliquid quod in Biblia legatur. Idcirco hic distinximus ꝛ distincte numerauim⁹: primo libros canonicos et postea non canonicos: inter ꝙs tm̃ distat ꝯtum inter certũ ꝛ dubium. Nam canonici sunt confecti spiritusancto dictante. Nõ canonici aũt sine apocryphi nesciũtur quo tpe quibusue auctoribus sint editi: quia tamen valde boni ꝛ vtiles sunt: nihilq; in eis qd̃ canonicis obuiet inuenitur. ideo ecclesia eos legit ꝛ pmittit: vt ad deuotionẽ ꝛ ad morum informatiõe & fidelibus leganť: Eorũ tm̃ auctoritas ad ꝓbandum ea que veniunt in dubiũ aut in contentionẽ: et ad confirmandã ecclesiastico; dogmatũ auctoritatẽ: nõ reputatur idonea: ꝓut dicit beatus Hieronymus in ꝓlogis sup Iudith: ꝛ sup libris Salomonis. At libri canonici tante sunt auctoritatis q; dcm̃ ibi continẽt: verũ teneť firmiter ꝛ indiscusse. Et p ꝓsequẽs illud quod ex hoc cõcludiť manifestẽ Nam sicut in philosophia veritas cognoscit̃ p reductionẽ ad ꝓma principia per se nota: ita in scripturis a sanctis doctorib⁹ traditis veritas cognoscit̃: ꝯtum ad ea que sunt fide tenenda: per reductionem ad scripturas canonicas que sunt habite diuina reuelatione cui nullo mõ potest falsum subesse. Vnde de his dicit Aug⁹. ad Hieronymũ: Ego solis eis scriptoribus q; canonici appellanť didici hunc timorem honorẽq; deferre vt nullum eorũ scribendo errasse firmissime teneã: ac si aliquid in eis offendero quid videať contrarium veritati nihil aliud existimẽ q; mendosum esse codicẽ: vel nõ esse assecutũ interp̃tem: quod dictum est: vel me minime intellexisse nõ ambigã. Alios aũt ita lego: vt quãtalibet sanctitate doctrina ve polleant: nõ ideo verũ putem: q; ipsi ita senserunt sed quia mihi p illos auctores canonicos vel ꝓbabiles rationes: qs̃ a vero nõ abhorreat persuadere potuerũt. Sunt igitur libri canonici veteris testamenti vigintiduo: ad numerũ vigintiduarũ litterarũ hebreoꝝ: ꝓut scribere originẽ super ꝓmũ psalmũ: refert Eusebius libro. vj. ecclesiastice historie: ꝛ copiosius distinctiusq; dicit beatus Hieron⁹. in ꝓlogo galeato qui est regum: qui omnes in tres ptes ab hebreis diuidunť: in legem: id est quinq; libros moysi in ꝓphetas octo: ꝛ agiographa nouem: vt statim clarius patebit. Quis nõnulli libruꝫ Ruth seorsum a libro Judicũ: ꝛ lamentatiões Hieremie a Hieremia: et inter agiographa cõputent vt sint vigintiquattuor libri ad numerum vigintiquattuor seniorũ: quos Apocalypsis induxit adorãtes agnũ. Isti sunt libri qui sunt in canone: ꝓut latius scribit beatus Hieronymus in ꝓlogo galeato: qui est super libros Regũ. Et ꝓmo quinq; libri Moysi qui appellanť leꝛ: quoꝝ ꝓmus est Genesis. secundus Exodus. tertius Leuiticus. quartus Numeri. quintus Deuteronomiũ. Secũdo sequunť octo libri ꝓphetales: quoꝝ ꝓm⁹ est Josue. secũdus liber Judicũ cum Ruth. tertius Samuel. i. ꝓmus et secundus Regũ. quartus Malachim. i. tertius ꝛ qrtus Regũ. quintus Esaias. sextus Hieremias cum lamentationibus. septimus Ezechiel. octauus liber duodecim ꝓphetaꝝ: quoꝝm ꝓmus est Osee. secũdus Joel. tertius Amos. quartꝰ Abdias. quintus Jonas. sextus Micheas. septim⁹ Naum. octauus Abacuk. nonus Sophonias. decimus Aggeus. vndecimus Zacharias. duodecimus Malachias. Tertio sequũť agiographa nouem. quoꝝ ꝓmus est Job. secundus Psalterium. tertius Salomonis ꝓuerbia. quartus eiusdẽ Ecclesiastes. quintus eiusdẽ Canticũ canticoꝝ. sextus Daniel. septimus Paralypomenon: qui apud hebreos est vnus liber nõ duo. octauus Esdras cum Neemia. (est enim totus vnus liber) nonus Hester. Quicquid aũt extra hos est (de veteri testamẽto loquor) vt dicit Hiero. inter apocrypha est ponẽdũ.

Isti sunt libri qui nõ sunt in canone: quos tm̃ ecclesia vt bonos ꝛ vtiles libros admittit nõ vt canonicos. inter quos fũt aliqui maioris auctoritatis: alĩ minoris. Nam Tobias: Judith ꝛ Machabeoꝝ libri. Sapientie quoq; liber: atq; Ecclesiasticus: valde ab omnibus ꝓbantur: ita q; Aug⁹. lib. ij. de doctrina christiana tres superiores numerat inter canonicos: ꝛ de Sapiẽtia atq; Ecclesiastico dicẽ meruisse illos recipi ĩ auctoritatem: ꝛ inter propheticos debere numerari: et de libris Machabeoꝝ libro. xviij. de ciuitate dei: loquẽs de Esdre libris dicẽ: q; quis hebrei nõ habeãt eos ꝓ canonicis tm̃ ecclesia hꝫ illos ꝓ canonicis ppt̃ qrundã martyrũ passiões vehemẽtes atq; mirabiles. Minoris aũt auctoritatis sunt Baruch. et tertiꝰ ꝛ quartꝰ Esdre. Nã Aug⁹ in loco supradicto nullã de his facit mentionẽ: cũ tm̃ (vt dixi) alios apocryphos canonicis annumeret. Rufinus quoq; in expositiõe symboli et Jsi. in lib. vj. etymol. vbi hãc Hieronymi diuisionẽ referũt: horũ nihil meminerũt. Et vt numeremus eos eo ordine q; sunt in Biblia: quis alio ordine fuerint editi. primo sunt tertius et quartus liber Esdre: qui dicunť tertius ꝛ quartus: quia aũ Hieronymũ greci ꝛ latini libꝝ Esdre canonicũ secabãt i duos libros. Sermones Neemie. secũm librum appellãtes. Isti aũt tertius ꝛ quartꝰ inter omnes nõ canonicos minoris (vt dixi) sunt auctoritatis. Vnde Hieronymus in ꝓlogo Esdre eos appellat somnia. ꝛ in paucissimis bibliis manu scriptis inuenitur̃: ꝛ in multis impressis inuenit̃ solũ tertius. Secũdus est Tobias: liber valde deuotus ꝛ vtilis. Tertius ẽ Judith: quẽ dicit Hiero. in ꝓlogo fuisse a nicena synodo cõputatum in numero sanctꝝ scripturaꝝ. Quartus liber Sapientie: quẽ scripsisse ꝓbilonẽ alexandrinũ iudeũ doctissimũ fere omnes tenẽt. Quintus est liber Jesu filij syrach: q; Ecclesiasticus dicit̃: Sextus est Baruch. vt dicit Hiero. in ꝓlogo Hieremie. Septimus est Machabeoꝝ liber in ꝓmũ ꝛ secundũ diuisus. Neq; aliquẽ moueat q; in Judith ꝛ Tobie ꝓlogis dicitur: q; apud hebreos inter agiographa legũtur: quia manifestus error ẽ: ꝛ apocrypha ꝛ agiographa est legendũ: qui error in omnibus quos viderim codicib⁹ inuenitur: ꝛ inoleuit (vtputo) ex pietate et deuotiõe exscribentiũ qui deuotissimas historias horrebãt annumerare inter apocrypha. Nam q; hic error multis retro annis codices occupauerit: ostendit magister ĩ historia Judith: vbi dicit: Dicit liber apud chaldeos inter historias cõputat̃: ꝛ apud hebreos inter apocrypha: quod dicit Hiero. in ꝓlogo qui sic incipit: Viginti ꝛ duas litteras. Si ergo alicubi in ꝓlogo super Judith: legit̃ inter agiographa vitiũ scriptoris est: qõ in ipo titulo deprehendi potest. Ex quo miror q; dictus magister nõ aduerterit eundẽ esse errorẽ in ꝓlogo Tobie: vt ipse dicit hãc historiã hebrei ponũt inꝰ apocrypha. Hiero. tm̃ i ꝓlogo suo dicit inter agiographa: Historia q; sup dicto ꝓlogo Tobie dicit potius et verius dixisset: inter apocrypha: vel large accipit agiographa quasi sanctoꝝ scripta: ꝛ ita nõ est de numero illorũ nouem: que ꝓprie dicunť agiographa: q; sunt de catalogo. i. de numero. xxij. liborꝝ biblie. Nam cum Hieron⁹. in ꝓlogo galeato: post enumeratiõe canonicoꝝ liborꝝ dicat: Hic ꝓlogus scripturaꝝ quasi galeatũ ꝓncipium omnib⁹ libris quos de hebreo vertimus in latinũ cõuenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est. inter apocrypha esse ponendũ. Igitur sapientia que vulgo Salomonis inscribit et Iesu filij syrach liber ꝛ Judith ꝛ Tobias ꝛ Pastor nõ sũt in canone: quõ credendũ est: illũ postea in illis ꝓlogis scripsisse inter agiographa: ꝛ sibipsi ꝓtradicere. Si quis ꝓterea liborũ examine Hieronymi verba in dictis ꝓlogis ꝑpenderit: aĩaduerterit illũ scripsisse apocrypha nõ agiographa. Dicit enim in ꝓlogo Tobie: Exigitis vt libꝝ chaldeo ẽmone cõscriptũ ad latinũ stilum traham: libꝝ vtiq; Tobie quẽ hebrei de catbalogo diuinaꝝ scripturaꝝ secãtes: bis q; apocrypha memorant manciparũt. In Judith aũt ait: apud hebreos liber Judith inter apocrypha legit̃: cuius auctoritas ad roborãda illa que in cõtentionem veniũt minus idonea iudicat̃. Cum itaq; dicat hebreos secare Tobiã de catbalogo diuinaꝝ scripturaꝝ: ꝛ Judith auctoritatẽ minus idoneaꝫ iudicari si inter agiographa numeraret ꝛ nõ iter apocrypha cõtraria videret̃ codẽ in loco scripsisse. Sꝫ vt dixi scriptores hoc nomẽ apocrypha horrentes deuotione ac pietate quadã reiecto apocrypha: agiographa scripserunt. Rufinus ẽo vbi. s. enumeratis libris canonicis: in quibus cũ Hieronymo cõcordat infert. Hec sunt que patres intra canonẽ cõcluserunt: ex quib⁹ fidei nostre assertiones cõstare voluerunt.

Sciendũ tm̃ est q; et alij libri sunt: qui nõ canonici sꝫ ecclesiastici a maioribus appellati sunt. i. sapiẽtia que dicit̃ salomonis ꝛ alia sapientia que dicit̃ filij syrach ꝛ infra eiusdẽ ordinis est libellus Tobie: ꝛ Judith: ꝛ Machabeoꝝ libri: ꝛ infra que omnia legi quidẽ in ecclesijs voluerunt: nõ tm̃ ꝓferri ad auctoritatem ex his confirmandã. Ceteras ẽo scripturas apocryphas noluerũt quas in ecclesijs legi noluerũt.

Preterea est sciendũ q; in libro Hester illa dũtaxat sunt in canone que scribunť vsq; ad eum locũ vbi posuimus: Fi-

# De libris biblie canonicis et non canonicis

nit liber Hester. qui est in hebreo: que postea sequunt nō sūt in canone: similiter in Daniele illa tm̄ sunt in canone q̄ sunt vsq; ad cum locū vbi posuimus. Finit Daniel. ꝓpheta: que postea sequunt non sunt in canone. Cuius autē Dauid. i. psalteriū apud hebreos non ponāt inter ꝓphetas sed inter agiographa: tū fere omēs latini eū nō solū ꝓphetam sz summum ꝓphetā vel secundū vocāt: Daniele quoq; inter prophetas numerāt. Aliter quoq; aliqui latini diuiserūt vetus ⁊ nouū testamentū. s. in libros legales: historiales: sapiētiales: ⁊ ꝓphetales. Legales appellāt quinq; libros moysi: in veteri testamento quibus in nouo faciūt respōdere: quatuor euangelia: Historiales Josue: Judicū: libros Regum Paralipomenon: Esdram: Hester: ⁊ Job: quibus in nouo correspondēt acta apostolo⁹. Sapientiales tres libros Salomonis. s. ꝓuerbia: Ecclesiasten: ⁊ Canticū cantico⁹: quib⁹ in nouo correspondēt epistole Pauli: ⁊ que canonice dicuntur: ꝓpheriales faciūt Dauid. i. psalteriū: Esaiam: Hieremiam: Ezechielem: Duodecim prophetas ⁊ Danielem: quibus in nouo respōdet liber Apocalypsis. Nouī aūt testamenti omēs qui in biblia ponunt libri sunt in canone testib⁹ Hieronymo: Augustino: ⁊ Jsidoro in locis supradictis. Hi sunt quattuor sacrosancta euāgelia: scilicet Matthe⁹: Marc⁹: Lucas: Johannes. Pauli apli epistole. xiij. q̄rū vna est ad Romanos: ad Corinthios due: ad Galathas vna: ad Ephe seos vna: ad Philippēses vna. ad Thessalonicēses duo: ad Colocenses vna: ad Timotheū due: ad Titū vna: ad Philemonē vna: ad Hebreos vna. Item Actus apostolo⁹. Jtez epistole septē que canonice appellant. Quo⁹ vna est Jacobi: due Petri apostolo⁹ ꝓncipis. Johannis apostoli ⁊ euāgeliste tres: Jude qui alⁱs Thadeus dicitur vna: Demum liber Apocalypsis. Hi omnes libri ꝓ canonicis habentur. Quis ante Hieronymū a multis de epistola ad hebreos dubitare tur: quā hesitationē ipse multis ratiōibus sustulit: Jtidē de epistola Jude: ac de secūda et tertia Johannis: in ecclesia ꝓmitiua a multis an deberent in canonem recipi valde dubitatum est: de quar⁹ prima sic dicit Hieronymus in libro d̄ viris illustribus. Judas frater Jacobi parua quidē que de septem canonicis est epistolam reliquit: ⁊ qr de libro Enoch qui apocryphus est: in ea assumit testimoniū: a plerisq; reiicit: tū auctozitatē vetustate iam ⁊ vsu meruit: ⁊ inter sanctas scripturas computat. De aliis aūt duabus que incipiūt: Senio: dicit in capitulis Johannes: ⁊ papias in dicto libro: q̄ asserebant esse Johannis ꝑsbyteri discipuli Johannis euāgeliste: qui dicebatur senioz Johannes: sed tamen omnium approbatione iam sunt recepte: ⁊ citra cuiusc̄ refragationē ꝓ canonicis habentur.

## Translatores Biblie

Notandū q̄ trāslatores ⁊ interpretes Biblie multi fuerūt: qr sicut dicit magister in historijs ante incarnationē dñi annis. ccc. xl. tempozib⁹ Ptolemei philadelphi regis egypti. lxx. interpretes floruerūt qui legem ⁊ ꝓphetas hoc modo trāstulerunt. Ptolemeus studiosus ⁊ librox cupidus percipiens apud iudeos legem esse oze dei editam: et digito illius scriptam missis epistolis ⁊ munerib⁹ rogauit eleaçarū pontificē iudeox: vt sibi viros seniores hebraice et grece lingue peritos qui interpretari ⁊ trāsferre valerēt: dirigeret. Etenī sua desideria essent eam in greco translatam habere: ⁊ archiuis regalib⁹ interserere. Eleaçarus aūt annuēs eius petitioni: d̄ vnaquaq; tribu sex legisperitos destinauit. Hi sūt septuaginta duo interpretes q̄ licet septuagīta duo fuere more sacre scripture cōmuniter: dicuntur tamē septuaginta quia ⁊ si duo supersunt hoc est modicū respectu septuaginta. Qui venientes ad regē pentateuchū ⁊ ꝓphetas trāsferētes cozā rege disputauerūt de vno deo colendo: et q̄ nulla creatura esset deus. Jnde est q̄ vbicunq; occurrebat eis in transferēdo de trinitate vel sub silentio preteribant vel sub enigmate transtulerunt: ne tres deos colendos tradidisse viderentur. Similit̄ de incarnatione verbi facientes. Tū translatio septuaginta duū q̄dq; est superflua q̄dq; diminuta. Post incarnationē aūt dñi ⁊ passionē annis centū viginti quattuor. Aquila quidez iudeus ad fidem cōuersus: sed postea in heresim lapsus primus interpres. fecit aliā translationē de hebraico in grecū tpe Adriani impatoris. Deinde post ānos. liij. Theodotion fecit tertiā trāslationē sub cōmodo. Deinde post annos. xxx. Symmachus interpres claruit sub Seuero. Deinde post annos. viij. inuenta est quedā trāslatio hierosolymis: cuius auctoz ignoraf: que dicta est vulgata trāslatio vel quinta editio. Deinde post annos. rviij. tpe Alexandri: supuenit origenes videns istas translationes imperfectas: incepit corrigere trāslationem. Lxxij. interpretū p posteriozes iam dictas translationes. vel fm aliquos solū trāslationē Theodotiōis immiscuit sez supplens diminuta ⁊ resecans superflua. Vbicunq; igit ad translationē. Lxxij. interpretū aliq̄d addidit ex translationibus sequentib⁹ ibi ponebat asteriscū. i. stellā vel formā astri: p q̄ innuit q̄ p additionē illā eluscebāt q̄ prius deerāt. Et dicitur steriscus ab aster ⁊ icon q̄ est imago vel signū ⁊ pducit pe. quia apud grecos icon scribit p ei diptongon: ⁊ dicit asterisc⁹ fm modernos: vel asteriscus fm antiquos: ⁊ tunc dicit ab astris. i. stella: ⁊ icon. Ubixo erat superfluū ponebat obelū. Obelos enī grece dicit sagitta latine vel verū: signans p hoc q̄ littera ibi superflua erat. Deinde ipe Origenes: vt dicit Hieron y. sextam ⁊ septimā translationē miro labore repperit que translationes. s. quinta: sexta ⁊ septima: licet vt idem ait Hieron y. quibus censeat auctozibus ignoret. tū ita ꝓbabiles sut diuersitatē tenent vt auctozitatē sine nominib⁹ tenuerint. Deinde quidam volentes habere omnes istas translationes simul scribebant libros sic eos ordinantes q̄ in medio cuiusli bet folij ponebant sex columnas a summo deorsum descēdentes. ponentes in prima verba translationis ꝓme: in scda sede ⁊ sic de aliis. Et isti libri dicti sunt hexapla: ab hex grece: q̄s ē sex latine: quasi sexcuplia. vt dicit hexapla quasi liber habēs sex trāslationes rectas vel rectificatas. Et his tribus multi vtriusq; lingue scioli fecerūt alias translationes de predictis grecis translationibus in latinū. Nouissime supueniens beatus Hieronymus: peritus in tribus linguis hebraica: greca ⁊ latina. primo correxit translationē. Lxxij. interpretū in latino cum astericis ⁊ obelis. postea xo trāstulit imediate Bibliam de hebreo in latinū sine astericis ⁊ obelis. Et hac trāslatione nunc vbiq; vtif tota romana ecclesia: licet nō in omnibus libris. Et ipsius translatio merito ceteris antefertur: qr est verboz tenacior ⁊ perspicuitate sentētie clarior. Et translatio ꝓma. s. Lxxij. interpretum facta est in Alexandria ciuitate que metropolis est egypti. Alie aūt translationes in diuersis partibus mundi vbi tunc magistri polluerūt. Nota q̄ vbicūq; in libris veteris testamenti mendositas reperitur: currendum est ad volumina hebreoz: quia vetus testamentū primo in lingua hebrea scriptum est. Si xo in libris noui testamenti reuertendum est ad volumina grecoz: quia nouū testamentū primo in lingua greca scriptū est preter euangeliū Matthei: epistolam Pauli ad Hebreos.

Que prima pte huius operis cōtineantur.

Prima refert Moysi liber hic modulamia q̄nq;
Dat Genesis mūdo principiū: atq; homini.
Exit ab egypto ppls: pharaoq; plagatur:
Offert Leuitic⁹ munera grata deo.
Mansio deserti sequit: pplus numeratur:
Et legem repetit deuteros inde nomos.

# De cōmendatione sacre scripture Nico. de lyra prologus

In nomine sancte trinitatis incipit ꝓlogus primus venerabilis fratris Nicolai de Lyra ordinis seraphici Francisci: de cōmendatione sacre scripture in generali.

Hec omnia liber vite ꝛc. Eccl. xxiij. fm q̄ dicit beatus Hiego. Homel. xxv. euangeliozum: Temporalia vita eterne vite cōparata: moz⁹ ē poti⁹ dicēda q̄ vita. Scie xo a philosophis tradite ordinatur ad finem consequendum in presenti vita. qz scientie practice ab eis tradite ordinant ad felicitatem politicā: loquendo de politia presentis vite. Similter sciētie speculatiue ordinant ad felicitatē contēplatiuā: loquēdo de cōtemplatiōe que potest haberi in vita psenti: ⁊ p viam nature que dependet ex fantasmate. Unde dicit. iij. de Aia. q̄ intelligentib⁹ nobis necesse est fantasmata simul speculari. ⁊ d̄ tali speculatiōe dicit ibidē: q̄ intelligere corumpit̄ in nobis: quodā interi⁹ corrupto. Sacra enī scriptura ordinat ad felicitatē vite future quā philosophi nescierūt: fm q̄ dicit beatus Hieronym⁹ in epistola ad Paulinū d̄ omnib⁹ sacre scripture libris: Doc doctus Plato nesciuit: hoc demosthenes eloquēs ignorauit. Ex quib⁹ cōcludit q̄ libri a philosophis descripti continētes scientias ordinatas ad finē in hac tpali vita tantūmō naturaliter cōsequendū vite si cōparent ad libros sacre scripture: q̄ ordinat ad finē eterne vite: magis sūt dicendi libri mortis q̄z vite. Sz liber continēs sacram scripturam: que licet in multis libris ptualibus diuidat: sub vno tm̄ libro ꝓtinet: qui noīe generali liber vite ꝓprie nominat: fm q̄ dicit in verbo ꝓassumpto: Hec omia ꝛc. in quo sacra scriptura q̄drupliciter describit fm quattuor excellentias quibus oēm scripturā aliam excellit. Primo enī describit vt singularis eminentie: q̄d notat ꝓnomen singulare cum dicit: hec. Secōdo describit vt generalis cōtinentie: q̄d ostendit signum vniuersale cū dicit: omnia. Tertio vt specularis intelligentie: q̄d denotat conditio libri cuz dicit: liber. Quarto vt salutaris efficacie: q̄d ostendit ꝓsecutio finis intenti cum dicit: vite. Circa primū sciendū q̄ vna scientia eminentioz est altera seu honorabilioz duplici de causa: vt habetur. j. de Aia. Una est: qr est d̄ nobiliori subiecto. Alia: qz ꝓcedit certiori modo. Et ꝓpter vtrāq; sacra scriptura q̄ ꝓprie theologia dicit: cū ipsa sola sit textus huius scientie omēs sciētias alias ancellat. Primo qr habet deū p subiecto qui est in summo totī⁹ nobilitatis: ꝓpter q̄d notaf theologia: quasi sermo de deo. Secūdo: qz ꝓcedit modo certiori. Alie enī sciētie humanitus repte ꝓcedūt p inuestigationē rōnis humane: in q̄ quidē ꝓcessu licet nō sit error: Ex̄tū ad cognitionē ꝓmoz⁹ ꝓncipioꝝ q̄ sunt p se nota: fm q̄ dicit. ij. Metaph. Jn fozib⁹ q̄s delinquet: tm̄ in deductiōe ꝓclusionū ex principijs potest esse error: maxime ex̄tū ad ꝓclusiones a primis ꝓncipijs longinquas. vñ ⁊ in tali ꝓcessu oēs phylosophi innitētes tm̄ hūane inuestigationi inueniunt erasse. ⁊ ideo de singulari eminentia huⁱ scientie dicit Deu. iiij. Hec est sapientia vestra et intellect⁹ cozā populis. Sapientia enī dicit ꝓprie illa scientia que ꝓsiderat altissimas causas: vt habet. j. Metaph. Sacra xo scriptura habet deū p subiecto: vt dictū est: qui ē prima causa simpliciter omniū: ⁊ ideo ꝓprie dicit sapiētia. Sz cōuenienter addit vestra. ad distinguendū sapientiā sanctoruz seu catholicoz: que est ipsa sacra scriptura: a sapientia phylosophoz. ⁊ hoc potissime in duob⁹: videlicet in ꝓprietatibus de deo cognitis: ⁊ in fine cognitiōis. licet enī phylosophi habuerint cognitionē de deo: hoc tm̄ solū fuit ex̄tū ad ꝓprietates que de ipso pñt cōcludi p inuestigationē rōnis ꝓcedentē ex creaturis: sic pbs. xij. Metaph. ꝓbat eius vnitatē: et. viij. Phys. virtutis infinitatē. ⁊ sic de similibus. Sed ꝓphete ⁊ apli sancti qui hanc scripturā nobis tradiderūt p reuelationem spūssancti habuerūt cognitionē de ꝓprietatib⁹ diuinis trāscēdentib⁹ inuestigationē rōnis: vt de pluralitate psonarum ⁊ earū distinctiōe in vnitate essentie: ⁊ consimilib⁹. Jtem pbi cognitionē de deo habitā nō ordinauerūt ad aliū finem: sed ipsam quesierūt ꝓpter ipm̄ speculari tm̄ in ex̄tū est pfectio ipsi⁹ cognoscentis. Cognitio aūt dei q̄ in sacra scriptura traditur: ad boc ꝓncipaliter que rit vt p ipsam ipse speculās seu cōtemplās ferat in amoreꝝ ipsi⁹ obiecti cogniti. s. dei: ipm̄ super se ⁊ sup oīa diligendo. ⁊ ꝓpter hoc saluator Matth. xxij. dicit q̄ in duob⁹ ꝓceptis charitatis tota lex pendet et ꝓphete. Et Apls. j. Thimo. j. Finis p̄cepti est charitas de corde puro: et ꝛ conscientia bona: ac fide nō ficta. Et qz phi suo sensui inniterentes būc finem nō attenderūt: ideo errauerūt: ꝓpter q̄d eoꝝ sapientia insipientia noīaf: ad Ro. j. Qui cum deū cognouissent: nō sicut deū glorificauerūt aut gratias egerūt: sz euanuerunt in cogitationibus suis: ⁊ obscuratum est insipiens cor eoruz: dicentes enī se esse sapientes stulti facti sunt. Sed quoniā sacra scriptura nō solū excellit alias in ex̄tū est de subiecto nobiliori: sed etiā in ex̄tum ꝓcedit mō certioꝝ: videlicet p diuinaz reuelationē cui nō potest subesse falsum. ideo subdit in auctoritate ꝓmissa: Et intellect⁹ eozam populis. Intellectus enī ꝓprie dicit habit⁹ ꝓncipioꝝ: circa q̄e nō est error: vt iam dictū est: ꝓpter q̄d illud quod ꝓcludit directe ex illis: iudicat simpliciter esse verū: ⁊ q̄d inuenit eis repugnās: iudicat simpliciter esse falsum. Jta similter ꝗcquid ex sacra scriptura manifeste cōcludit: verū iudicat: q̄d aūt ei repugnat: falsum simpliciter reputat. ⁊ ideo sacra scriptura nō solū vocat sapiētia: sz etiā cum hoc intellect⁹: vñ dicit Eccl. xv. Implebit eū spūs sapientie ⁊ intellectus. Et Colos. j. Impleamini agnitiōe volūtatis eius in omni sapientia ⁊ intellectu ꝛc. ⁊ sic patet primuz.

Circa scōm cōsiderandū q̄ sub cōsideratione alicui⁹ sciētie nō solū cadit subiectū sed etiā ea que habent attributionē ad ipm̄: vt habet. iiij. Metaph. sicut sub cōsideratione medici nō solum cadit sanitas vel corpus sanabile: sed etiā vena in ex̄tū est indicatiua sanitatis: ⁊ potio in ex̄tuz est factiua ei⁹: ⁊ dieta in ex̄tum est ipsi⁹ cōseruatiua: ⁊ sic de aliis. Omnia aūt creata habēt attributionē ad ipm̄ deū qui est hui⁹ scie subiectū: ꝓpt q̄d ista scientia est quodāmodo cōsideratiua omnium: in quo apparet eius cōtinentia generalis que notaf in verbo ꝓmiſ⁹ ꝓassumpto cum dicit: Omnia. de quo potest exponi: q̄d dicit: Sap. j. Hoc q̄d cōtinet omnia scientiā habet vocis. vt sit sensus: Hoc. s. volumen sacre scripture. que licet diuidat in plures libros partiales: tamē rediguntur in vno volumine q̄d Biblia appellat. Continet oīa qz hec scientia est quodāmō oīm cōsideratiua. Scientiā habet vocis. de ꝓprietate vocis est: q̄ sit verbi significatiua: et ꝓpriū est sacre scripture q̄ sit diuini verbi expressiua: fm q̄ manifeste habet Job. j. In principio erat verbum ꝛc. Et qz p verbum omnia facta sunt: vt ibidem subdit. ideo omnia sub cōsideratiōe hui⁹ scientie cōtinent: nō tm̄ sub ꝓprijs rationibus singulox: qz hoc pertinet ad scientias ꝑticulares ⁊ humanitus inuentas. sed in ex̄tum ex oīb⁹ creatis manuducimur in cognitionē ⁊ dilectiōez dei per veram fidem charitate formatam ad quā consideratio huius sciētie ordinat: vt predictū est. Et hoc est q̄d dicit Aug⁹. xiij. de trinitate ca. j. Nō vtiq; quicquid sciri potest ab homīe in rebus humanis vbi plurimū supuacue vanitatis ⁊ noxie curiositatis est: huic scientie tribuēs: sed illud tantūmodo quo fides salubberrima que ad veram beatitudinē ducit: gignit: nutrit: defenditur et roborat. Ut ⁊ Job. xvj. saluator loquēs d̄ spiritu sancto cuius reuelatione tradita est hec scriptura dicit: Docebit vos omnē veritatem. Glosa: necessariam ad salutem. et sic ꝓz secūdū. Circa tertiū q̄ ē intelligentia specularis. q̄d notatur cum dicit: liber. considerandū q̄ liber habet similitudinem speculi: qz sicut in speculo apparent forme sensibiles: sic ī libro relucent intelligibiles veritates. Unde ⁊ diuina pscientia in qua relucēt omēs veritates liber vocatur: in quo libro legunt sancti apostoli ⁊ ꝓphete qui hanc scientiā tradiderūt: et hoc est q̄d dicit Glosa super illud Esa. xxxviij. Dispone domui tue ꝛc. Glosa. Prophete in ipso libro pscientie dei ī quo omnia scripta sunt legere possunt. q̄d tamen nō est sic intelligēdum: q̄ ꝓphete viderint ipam dei essentiaz que idem est cum eius pscientia: quia ꝓphetica cognitio cū habeat enigma: cuacuaf in tali visione: fm q̄ dicit Apls. j. Cor. xiij. Sed ꝓ tāto dicunt ꝓphete in libro pscientie dei legisse: qz p species diuinitus impressas mentib⁹ ꝓphetaꝝ ⁊ p lumē ꝓpheticū eis proportionatum: videbant suo modo veritatem a dei scientia ad eos deriuatā per reuelationez sicut intellectus possibilis virtute luminis intellectus agentis inspicit in speciebus a fantasmatibus acceptis sibi ꝓportionabiles veritates. Nos autez qui talem cognitionē nō habemus: quia lumine prophetico illustrati

Universidad de Deusto
Biblioteca

# De intentione auctoris

strati nō sumus: nō possumus legere in dicto libro sed in libro scripture sacre nobis tradito a ꝓphetis. Habet tñ iste liber ꝺ speciale q̄ vna lr̄a ꝓtinet plures sensus. Cui⁹ ratio est: q̄ principalis huius libri auctor est ipse deus in cuius potestate est nō solum vti vocibus ad aliquid significandum: qđ etiaz homines facere possunt ⁊ faciunt: sed etiam rebus significatis ꝓ voces vtitur ad significādū alias res: ⁊ ideo cōmune est oīb⁹ libris q̄ voces aliq̄d significēt: sz speciale est huic libro: q̄ res significate ꝓ voces alio significēt. Scōm igit̄ p̄mā significationem que est ꝓ voces accipit sensus litteralis seu historicus. Scōm ro aliam significationē que ē per ipsas res accipitur sensus mysticus seu spiritualis: qui est triplex in generali: quia si res significate per voces referant ad significandum ea que sunt in noua lege credenda: sic accipit sensus allegoricus. Si aūt referant ad significādū ea que ꝓ nos sunt agēda: sic est sensus moralis vel tropologicus. Si aūt referant ad significandū ea que sunt speranda in beatitudine futura: sic est sensus anagogicus. Et dicit ab ana qđ est sursum et goge qđ est ductio. vñ versus: Littera gesta docet: quid credas allegoria. Moralis quid agas: quo tendas anagogia. Et istoꝝ q̄tuor sensuum potest poni exemplum in hac dictione hierusalem: que ſm sensum litteralē significat quandā ciuitatem que fuit quondaz metropolis in regno iudee: que primo fuit fundata a melchisedech: postea per salomonē dilatata ⁊ fortificata. Scōm sensum ro moralē significat animā fidelem: ſm quē sensuz dicit Esa. lij. Consurge sede hierusalē ⁊c. Scōm ro sensum allegoricum significat ecclesiā militantē: ſm quez dicitur Apoc. xxj. Vidi ciuitatem sanctā hierusalem nouam descēdentem de celo a deo paratā sicut sponsa ornatā viro suo. Scōm ro sensum anagogicū significat ecclesiaz triūphantem. ſm q̄ dicitur Gal. iiij. Illa que sursum est hierusalē est libera: que ē mater nostra. Et sicut positū est exemplum in vna dictiōe: ita posset poni in vna oratiōe: ⁊ sicut in vna ita ⁊ in aliqs. Igit̄ de isto libro sub vna littera ꝓtinente plures sensus dicit: Ezech. ij. Ecce manus missa ad me in qua erat inuolut⁹ liber ⁊ expandit illum coraz me qui erat scriptus intus ⁊ foris. Et Apo. v. Vidi in dextera sedentis sup thronum librum scriptuz int⁹ et foris. Scriptura exterior est sensus litteralis: qui est patētior qz ꝓ voces immediate significatur. Scriptura autez interior est sensus mysticus vel spiritualis qui est latentior qz ꝓ res significatas vocibus designat: vt ꝑdictū est. ⁊ sic patet tertiū.

Circa quartū in quo notatur efficacia salutaris. cum dicit: vite: considerandū q̄ sicut dictū est a principio: nulla alia scriptura nisi ista ducit immediate ad vitā beatam: que sola ē vita simpliciter: qz mortem nescit. Ideo saluator Joh. v. loquēs de efficacia hui⁹ sacre scripture dicebat iudeis in lege perit⁹: Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitaz eternam habere. Circa qđ sciendū q̄ hoc verbuz putatis qđ importat falsi opinionem vel saltem veri dubitationem: nō refertur ad ipsam sacram scripturā que nullum falsum continet: vt patet ex supradictis: nec est etiam dubium quin ad vitam perducat beatam: cum sit quoddam instrumentū pueniendi ad eternam felicitatem: vt patet ex verbis beati Aug⁹. superi⁹ inductis. Sed refertur ad legisperitos scripturam sacram male exponentes: ⁊ male viuentes: ꝓpter que merito ꝓiuandi erant a consecutione beatitudinis eterne: que est finis hui⁹ scientie quā sine dubio consequunt: eam sane intelligentes: et ſm sanū ipsius intellectū pie viuentes: ſm q̄ dicit Eccli. xxiij. Qui elucidant me vitam eternam habebunt. Elucidat autez sacra scriptura in vera ipsius expositione et in sancta operatione: quia hec scriptura tanq̄ omnibus eminentioz continet perfectiones scientie practice ⁊ speculative. Et sic per veri cognitionem et boni operationem perducit ad vitam beatam: quam nobis concedat qui sine fine viuit ⁊ regnat.

Finit p̄m⁹ ꝓlogus de cōmēdatiōe sacre scripture i generali.

## Incipit prologus secūdus de intentione auctoris et modo procedendi.

Vidi in dextera sedentis sup thronuz librum scriptum intus ⁊ foris Apoc. v. Sicut dictū est in prologo p̄cedēti: liber iste est sacra scriptura: qui dicitur scriptus exterius: q̄tū ad sensum litteralem. ⁊ interius q̄tū ad sensum mysticum ⁊ spiritualē: qui licet tripharie diuidatur in generali: vt predictum est: tamen sub quolibet mēbro potest fieri expositionū multiplicatio in speciali: omnes tñ ꝓsupponūt sensum litteralē tanq̄ fundamentū: ꝓpter quod sicut edificium declinans a fundamento disponit ad ruinā: sic expositio mystica discrepans a sensu litterali: reputāda est indecens ⁊ inepta: vel saltē minus decens ceteris paribꝰ: ⁊ minus apta: ⁊ ideo volentibus proficere in studio sacre scripture: necessariuz est incipere ab intellectu sensus litteralis: maxime cuz ex solo sensu litterali ⁊ nō ex mysticis possit argumentū fieri ad ꝓbationē vel declarationē alicuius dubi: ſm q̄ dicit Aug⁹. in epistola contra Vincentiū donatistā. Ulteri⁹ considerandus q̄ sensus litteralis a quo est inciplendū vt dictū est: videl multuz obfuscatus diebus modernis: partim vitio scriptoꝝ qui ꝓpter similitudinē litteraꝝ in multis locis aliter scripserunt q̄ habeat veritas textus. partim imperitia aliquoꝝ correctoruz q̄ in pluribus locis fecerūt puncta vbi non debent fieri: ⁊ versus inceperunt vel terminauerūt vbi nō debent incipi ⁊ terminari: ⁊ p hoc sentētia littere variatur: vt patebit in suis locis. ī. ꝓsequendo: dño concedente: partim ex modo translationis nostre: que in multis locis aliter habet q̄ libri hebraici: ſm q̄ declarat Hiero. in libro de hebraicis q̄stionib⁹: ⁊ in pluribus alijs locis: ⁊ alij expositores sacre scripture legendo vel scribendo idem dicūt: ⁊ tā ſm Hirony. in secundo ꝓlogo sup Heñ. ⁊ in pluribus alijs locis ꝓ veritate littere habenda in scriptura ve. tc. recurrendum est ad codices hebreoꝝ. Jn hoc tamē valde cauendū est: q̄tum ad passus scripture veteris testamenti: qui de deitate christi ac de cōsequētibus ad hoc loquunt: quoꝝ aliquos iudei corruperunt ad defensionē sui erroris: put in parte declarauimus in quadā q̄stione de diuinitate christi: ⁊ adhuc declarabo plenius qñ passus tales occurrent: dño ꝑcedēte. Jn illis aūt ī quib⁹ nō est verisimile q̄ aliq̄d immutauerint: cū nec causam hoc faciendi habuerit: nullū videt periculū: sed magis securuz: ſm dictum beati Hiero. in dubijs recurrere ad textū hebraicū tanq̄ ad originale ꝓ veritate textus declaranda. Sciendum etiam q̄ sensus litteralis est multū obumbratus: ꝓpter modum exponendi cōmuniter traditū ab alijs: qui licet multa bona dixerint: tamē parū tetigerunt litteralem sensuz: ⁊ sensus mysticos intantū multiplicauerunt: q̄ sensus litteralis inter tot expositiones mysticas interceptus partim suffocatur. Item textū i tot particulas diuiserūt: ⁊ tot cōcordātias ad suū ꝓpositum induxerūt: q̄ intellectū ⁊ memoriā in parte confundūt ab intellectu litteralis sensus animū distrahētes. Hec igitur ⁊ similia vitare ꝓponens cū dei adiutorio intendo circa litteralē sensum insistere: et paucas valde et breues expositiones mysticas aliquādo interponere: licz raro. Similiter intēdo nō solū dicta doctoꝝ catholicoꝝ: sed etiam hebraicoꝝ: maxime Rabbi Salomonis q̄ inter doctores hebreos locutus est rationabilius: ad declarationē sensus litteralis inducere. aliqua etiam dicta hebreoꝝ valde absurda aliqñ: licet valde raro interponūt: nō ad tenendum ea vel sequendū: sed vt per hec appareat quāta cecitas cōtigerit in israel: ſm dictū Pauli apli ad Ro. xj. ꝓpter qđ etiaz dictis hebreoꝝ nō est inherendū: nisi q̄tum rationi cōsonant ⁊ littere ⁊ veritati. Item omissis ꝓlogis: a principio Heñ. incipiam: tū qz residuū vite mee nō credo ad expositiōez tot⁹ sacre scripture sufficere. et ideo nolui in exponendis dictis beati Hierony. vel alterius cuiuscūq; doctoris ꝫmorari: tum qz dicti ꝓlogi parū faciunt ad intellectū libroꝝ sequētiū: vt mihi videtur: tum quia vnus alius frater videlicet Beto ō ordine nostro ꝓlogos Biblie valde sufficiēter exposuit. quod opus habeā cōmuniter. ⁊ ideo intendere iterū expositiōi dictoꝝ ꝓlogoꝝ nō mihi necessariū videbatur. Aliquoruz tñ librorū ꝓlogos exposui: sup quos scripsi anteq̄ a libro Heneſi inchoarem. Postremo qz nō sum ita perit⁹ in lingua hebraica vel latina quin ī multis possim deficere: ideo ꝓtestor q̄ nihil intendo dicere assertiue seu determinative nisi q̄tuz ad ea que manifeste determinata sunt ꝓ sacram scripturā vel ecclesie auctoritatem. cetera ro oīa accipiant⁹ tanq̄ scholastice ⁊ ꝓ modū exercitij dicta: ꝓpter qđ oīa dicta ⁊ dicēda suppono correctioni sancte matris ecclesie: ac cuiuslibet sapientis: pium lectorem ⁊ charitatiuū flagitans correctorē. Verūtamen anteq̄ descendā ad expositionez littere: premitto septem regulas exponendi sacram scripturā quā tangit Jsid. j. libro de summo bono ca. xx. et vocantur iste regule ab aliquibus claues: quia ꝑ eas intellectus scripture aperitur in multis. Prima est de domino ihesu christo ⁊ eius corpe mystico quod est ecclesia: quia ꝓpter cōnexionē capitis ad corpus sacra scriptura sub vno contextu quasi sub eadez ꝑsona aliquādo loquit̄ de vtroq; ⁊ de vno trāsiens ad aliud: ver-

bi gratia

# In moralitates Nico. de lyra prologus

bi gratia Esa. lxj. Jnduit me vestimentis salutis: et indumento iusticie circundedit me: quasi sponsum decoratū corona: et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quod enim dicitur hic: Quasi sponsum tc. intelligitur de christo: et quod subdit q̄si sponsam tc. intelligitur de ipsa ecclesia. Similit Cant. j. Osculetur me osculo oris sui: quia melioza sunt vbera tua vino: cum enim dicitur: osculetur me tc. verbum est sponse frui sponso desiderantis. et quod subditur: quia melioza sunt vbera tc. verbum est sponsi sponsam commendantis. Unde in talibus sic connexis ratione predicta debet lector prudens attēdere quid conueniat capiti: et quid corpori. Secunda regula est de corpore domini vero et simulato. Ecclesia enim que ē corpus domini mysticum: vt predictum est: est q̄si sagena non dum tracta ad litus: et ideo habet malos permixtos cum bonis vsq; ad iudicium: in quo seperabuntur hi ab illis. et ideo in sacra scriptura aliquando mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti: sicut Osee. xj. Puer israel et dilexi eū Et econuerso aliquando boni vituperantur cum malis: sicut Esa. j. Cognouit bos possessorem suum: ⁊ asinus presepe domini sui. Israel aūt me nō cognouit: ⁊ populus nō intellexit: Aliquando etiam in eodem textu exprimit⁹ quid ad bonos pertineat ⁊ quid ad malos: sicut Cant. j. dicitur: Nigra sum sz formosa filie hierusalez sicut tabernacula cedar: sicut pelles salomonis. Verba sunt sponse: que ratione malozum in ecclesia cōtentoꝝ dicit: Nigra sum sed ratiōe bonoꝝ subdit: sed formosa et qđ subdit (quasi ꝓ exemplo) sicut tabernacula cedar: ad malos refertur. Cedar enim fuit filius Jsmaelis: vt habetur Heñ. xxv. a quo descenderunt saraceni. Qđ autē subdit: sicut pelles Salomonis. refertur ad bonos. ꝓ salomonem enī hic intelligitur ipse deus ſm expositores catholicos ⁊ hebreos. ⁊ ideo pelles eius dicunt: quibus operiebatur tabernaculuz in quo boni colebant deum. Tertia regula est de spiritu et littera: ⁊ ſm q̄ accipitur sub eadem littera sensus historicus et mysticus: qz veritas historie est tenenda: ⁊ tamen ad spiritualem intellectum est referenda. hoc modo exponit̄ ista littera cōmuniter. Potest etiaz aliter exponi: vt referat ad sensuz litteralem tñ sicut et alie. Circa qđ cōsiderandum q̄ eadem littera aliquādo habet duplicem sensum litteralem. verbi gratia. j. Paral. xvij. dicit dominus de salomone: Ego ero illi in patrem ⁊ ipse erit mihi in filium. Et intelligit̄ de salomone ad litteram in q̄tum fuit filius dei ꝓ adoptionez in iuuentute: ꝓpter quod nathan ꝓpheta vocauit eum amabilem domino. vt habetur. ij. Regū. xij. Predicta etiam auctoritas. Ego ero illi in patrem tc. inducitur ab apostolo ad Heb. j. tanq̄ dicta de christo ad litteraz. quod patet ex hoc: quia apostolus induxit eam ad ꝓbandum q̄ christus fuit maior angelis. talis aūt ꝓbatio nō potest fieri per sensum mysticuz: vt dicit Aug⁹. cōtra Vincentiū donatistam. vt. ſ. allegatum est. predicta enim auctoritas impleta fuit ad litteram in salomone: minus tamē perfecte: quia fuit dei filius per gratiam soluz. Jn christo aūt perfectius: qui est dei filius per naturaz. Licet autem vtraq; expositio sit litteralis simpliciter. secūda tamē que est de christo spūalis ⁊ mystica est ſm quid: in q̄tum salomon fuit figura christi. Quarta regula est de specie ⁊ genere: siue de parte ac toto cum de vno transit ad aliud. ⁊ econuerso: sicut Esa. xiij. Primo loquitur contra babylonē specialiter: cum dicit: Onus babylonis tc. ⁊ transit ad intelligendū verbum de toto mundo generaliter: per hoc quod subdit: A summitate celi dominus ⁊ vasa furoris eius: vt disperdat omnem terram. Postea reuertitur ad loquendum contra babylonem specialiter. cuz dicitur: Ecce ego suscitabo super vos medos: qui argentum nō querant tc. quia Darius medus cum Cyro nepote suo cepit babyloniam: ⁊ interfecit Balthasar regem babylonis. vt habetur Dañ. v. Quinta regula est ō tempozib⁹. que cōtingit quadrupliciter. Uno modo per synecdochen qñ ponitur pars temporis pro toto: sicut in euāgelio dicitur christus tribus diebus iacuisse in sepulchro: ⁊ tamen prima dies et tertia nō fuerunt integre. Alio modo ꝓpter minutias temporis que aliquādo in scriptura computantur: et aliqñ omittuntur. Et ſm hoc scriptura sacra loquens de aliquo numero annozum in pluribus locis. aliquando in vno loco ponit plures annos minutias predictas computando. In alio vero loco ponit pauciores dictas minutias omittendo. Tertio modo cōtingit: eo q̄ computatio annoꝝ incipit in vno loco a priori termino: ī alio a posteriori: sicut Heñ. xv. dictū fuit abrae: Semen tuū futurū peregrinū quadringentis annis. Et Exo. xij. de ista peregrinatione dicitur: q̄ mansio filioꝝ israel in terra egypti fuit quadringentoꝝ triginta annoruz: quia computatio huius maioris numeri incipit a tempore quo dictū fuit abrae. Heñ. xv. Egredere de terra tua tc. Computatio autez minoris numeri incipit a natiuitate Jsaac qui fuit trigita annis post egressum abrae de aran: vt plenius videbit. j. Exo. xij. Quarto modo cōtingit eo q̄ scriptura sacra loquitur de futuro ꝓ modū preteriti: sicut Esa. ix. Parvulus natus ē nobis tc. et hoc est ad denotandū certitudinez ꝓphetie: cuius euentus de futuro est ita certus sicut iam ꝓterisset: ⁊ hoc est ꝓpter certitudinez diuine prescientie ex qua fit reuelatio ipi prophete. Aduertendum tamen q̄ talis modus loquēdi nō habet locum nisi in prophetia predestinationis que est quādo aliquod futurum cōtingens reuelatur ꝓphete eo modo quo est in ꝑscientia dei: que infallibiliter futura intuetur sicut presentia ⁊ preterita. In prophetia ro cōminationis nō habet locum: quia est quando aliqua pena reuelatur prophete infligenda populo: vel alicui persone: non ſm q̄ est in dei ꝑscientia sed ſm ordinem causarū secundarū: vtpote ſm demerita hominū: sicut est illa prophetia Jone. iij. Adhuc. xl. dies ⁊ ninive subuertet. hāc enī subuersionem meruerat peccata illius ciuitatis. Ceruntamē quia talis causa mutabilis est. ideo effectus aliquādo non sequitur: sicut in ꝓposito: qz ninuite egerunt penitentiam: ⁊ sic dominus non inflixit penam cōminatam. Sexta regula est de recapitulatiōe ⁊ anticipatione. Jn sacra enim scriptura nō semper eodez ordine gesta ⁊ facta scribunt⁹ quo fiunt. ⁊ ideo quando ꝓponūtur posteriora dicit⁹ anticipatio. quādo aūt fit econuerso dicitur recapitulatio: sicut Heñ. r. ō filijs noe dicitur: Ab his diuise sunt insule gentiū in regionibus suis: vnusquisq; ꝫm linguā suam tc. et. j. eodem ca. Hi sunt filij cham in cognationibus et linguis ⁊ generatiōibus tc. Et postea. xj. ca. dicitur: Erat autem terra labij vnius ⁊ sermonum eozundem. Ex quo ꝑz q̄ illud quod predicit̄ de diuisione linguarū dicit̄ per anticipationem. Similiter Heñ. ij. postq̄ moyses primo ca. descripserat creationem celi ⁊ terre: distinctionē: ⁊ ornatum partiū mundi dicitur: Iste sunt generationes celi ⁊ terre in die quo creati sunt. Ex quo patet q̄ hoc dicitur per recapitulationez. Septima regula est de diabolo ⁊ eius corpore. ſm enim q̄ dicit beatus Grego. Homel. r. Certe iniquoꝝ omnium diabolus caput est: ⁊ huius capitis membra sunt omnes iniqui Et iō ꝓpt cōnexionē capitis ad membra: scptura loquēs de vno in eodem contextu transit ad loquendum de alio. sicut Esa. xiij. loquens de rege babylonis qui erat diaboli membrum: transit ad loquendum de principe demonū: cum subditur ibidem: Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris? et Ezechielis. xxviij. loquēs de ꝓncipe Tyri transit ad loquendum de diabolo. cum subditur: Tu signaculuz similitudinis: plenus sapientia: perfectus decore: in deliciis paradisi dei fuisti. his igitur premissis de regulis seu clauibus exponendi sacram scripturam: cum confidentia diuini adiutoriꝫ descendamus ad litteram exponendam.

## Venerabilis fratris Nicolai de lyra in moralitates biblię prologus.

**Replica** correctorij ꝺtra Burgẽs. Judaiçantẽ. In ca. xix. Burg. egre tulit q̃ postillator dixit iudeos adorasse ad plagã occidẽtalẽ: ꝛ q̃ ſlõ oportuit figere tabernacula ꝛ castra e regiõe mõtis sinai ad plagã oriẽtalem vt versus diuinã appropriationẽ orarẽt q̃ mõs respectu ſsterẽ i quo fuerũt iudei ꝓ tũc fuit ad occidentẽ. ait enĩ Bur. q̃ adoratio ad occidentẽ erat indeis necessaria q̃n erãt i tabernaculo vel tẽplo ſz eristẽtes eť debebãt adorare versus hierusalẽ ꝛ templũ: inť illud. iij. Regũ. viij. Adorabũt ꝺtra viã ciuitatis ꝛ tẽpli ꝛc. sed i b videť Bur. Judaiçare q̃si id qđ allegat hodie sit obseruandũ. cũ tñ ꝓ rpm sit ablatus: vt ptz Job. iiij. vbi dixit samaritane

## Glo.ordi.

a Ego sum dñs deus tu⁹. Brige. Qui ꝺtemnit La. XX ꝑsens seculũ. s. egyptuz: ꝛ p verbũ dei trãsiat⁹ nõ inuenit⁹: q̃z ad futurũ seculũ festinat: de eo dicit deus: Ego sum dñs deus tu⁹. Nõ ad illos tm̃: qui de egypto ꝓfecti sunt: ſz ad eos qui vltra egyptijs nõ seruiũt: de egypto educti de domo seruitutis. Negocia seculi: actus carnis: domus seruitutis est. Sicut religionẽ seculariaꝛ: fm deum viuere: deorsum libertatis est. Si si pmanseritis in verbo meo: agnoscetis veritatem: ꝛ veritas liberauit vos: ergo egyptus est dom⁹ seruitutis. Judea ꝛ hierusalẽ domus libertatis. vnde Que sursum est hierusalem libera est. Sicut ergo terrena egyptus filijs israel domus dicit seruitutis ad compationẽ iudee ꝛ hierusalem: que ẽis est dom⁹ libertatis: ita ad compationẽ celestis hierusalez: q̃ est mater libertatis: totus mũdus ꝛ q̃ in eo sunt dom⁹ dicit seruitut⁹: ꝛ qz de pactio libertatis per peccatũ ventũ est ad seruitutẽ mundi: pzim⁹ sermo decalogi de libertate est: Ego sum dñs deus tu⁹ q̃ eduxi te de terra egypti ꝛc. hãc vocem in egypto audire nõ poteris. Et si tibi iniungat̃ vt facias pasca: accingas lumbos: accipias sandalia in pedibus: virgam teneas in manu: ꝛ acyma cum amaritudine comedas. Sed nec in ꝑma mansione: nec in secũda: nec in tertia: nec cũ trãseris mare rubrũ. etiã si ad mara veneris: ꝛ fuerit tibi amaritudo i dulcedinẽ versa: nec in helim: vbi erãt duodecim fontes aquaꝝ: ꝛ. lxx. arbores palmaꝝ: etiã si raphidim ꝓterieris ceteroscz ꝓfect⁹ ascẽdere nõdum idone⁹ iudicaris: ſz cũ veneris ad montẽ sina. Utr q̃ mereberis aliqñ suscipere p̃cepta libertat̃ ꝛ audire. Ego sum dñs deus tu⁹ q̃ e. r. de. t. e. de domo seruitutis: hic tũ nõ est sermo mãdati: ſz q̃s sit q̃ mãdet ostẽdit: pzim⁹ mandatũ q̃. Nõ erũt tibi dij alij ꝓter me. Aug⁹. Queritq̃ quõ decẽ p̃cepta leg⁹ diutiꝛnda sint. Utrũ sint quattuoꝛ vsq̃ ad p̃ceptũ de sabbato q̃ ad deũ ꝓtinẽt. Sex aũt reliq̃ quoꝝ pzim⁹ ẽ: honoza patrẽ tuũ ꝛ matrẽ q̃ ad hoiem ꝓtinẽt. An potⁱ illa tria sunt: ꝛ ista septem. Qui enĩ dicũt illa q̃ttuoꝛ esse: separãt id qđ dictũ est: Nõ erũt tibi dij alij ꝓter me: vt aliud p̃ceptũ sit: Nõ facies tibi idolũ ꝛc. vbi figmẽta colenda esse ꝓhibenť. Unum aũt volunt esse: Nõ cõcupisces vroꝛẽ ꝓximi tui: nõ cõcupisces domũ ꝓximi tui: ꝛ ista vsq̃ in finẽ. Qui vo illa tria esse dicũt: ꝛ ista septẽ: vnũ volũt esse q̃dq̃ de vno deo colendo p̃cipiť: ne aliq̃d ꝓter illũ ꝓ deo colať. hec aũt extrema i duo diuidunť: vt aliud sit nõ cõcupisces vroꝛẽ ꝓximi tui: aliud nõ cõcupisces domũ ꝓximi tui. Decẽ tũ esse p̃cepta neutri ambigũt: qz hoc scriptura testat̃. Mihi aũt ꝛgruentius videtur accipi illa tria: ꝛ ista septẽ. Quia ꝛ trinitatẽ videnť illa q̃ ad deũ ꝓtinent insinuare: ꝛ qđ dictum est. Nõ erunt tibi dij alij ꝓter me. hoc ipm ꝓfecti⁹ explicat̃: cum ꝓhibenť colẽda figmẽta. Cõcupiscentia vo vroꝛis aliene ꝛ cõcupiscẽtie domus aliene: tm̃ i peccãdo differũt: vt illi quo dictũ est. Nõ cõcupisces domũ ꝓximi tui: adiũcta fuerint alia dicẽte scriptura: nec̃ agrum eius: nec̃ seruum eius: nec̃ ancillam eius: nec̃ boues eiꝰ ꝛc. Discreuisse aũt videret cõcupiscẽtia vroꝛis aliene de ꝺcupiscẽtia cuiuslibz rei aliene: q̃n vtrũq̃z sic cepit: Nõ ꝺcupisces vroꝛẽ ꝓximi tui: Nõ ꝺcupisces domũ ꝓximi tui: ꝛ huic adiũxit cetera. Nõ aũt cũ dixisset: Nõ ꝺcupisces vroꝛẽ ꝓximi tui. huic cõnexuit alia dicẽs: nec̃ domũ eiꝰ: nec̃ agrũ ꝛc. ſz oĩa apparẽt hec esse ꝺiũcta quasi vno p̃cepto ꝺtenta: ꝛ discreta ab illo q̃ vroꝛ notata est. Illud aũt vbi dictũ est: Non erũt tibi dij alij ꝓter me. ptz huꝰ rei diligentẽ executionẽ esse i his q̃ subiecta sunt: q̃ enĩ ptinẽt: Nõ facies tibi idolũ: nec̃ vllum simulacrũ ꝛc. nisi ad id qđ dictũ est: Nõ erũt dij tibi alij ꝓter me. Isid⁹. Mat de⁹ moysi legẽ innocẽtie nr̃e ꝛ agnitiõis sue: q̃ indecẽ verbis ꝺsistit. scripta i tabulis lapideis digito dei. Tria sunt q̃ ptinent ad dilectionẽ ꝛ cognitionẽ trinitatis. septẽ ad dilectionẽ, pzimi: q̃bus hũana societas nõ leditur. Pzimũ ptinet ad deũ patrẽ. Dñs de⁹ tu⁹ de⁹ vnus ẽ: vt hoc audiẽs vnũ deũ colas patrẽ ꝛ i mẽtos fictos deos fornicationẽ nõ effundas. Secm̃ ad filiũ. Nõ assumas nomen dei tui in vanũ. i. nõ putes creaturã esse christũ dei filiũ: qz omnis creatura vanitati subiecta est. sed equalem patri: deũ de deo: lumen de lumine. b Nõ habebis deos alienos ꝛc. Orige. Pzimũ mandatũ est. Nõ erunt tibi dij alij ꝓter me

ſ ꝛ sequitur:

samaritane: venit hoza ꝛ nunc est qñ veri adoratores neq̃ in monte hoc neq̃ in hierosolymis: sed orabunt patrem in spũ ꝛ veritate. vnde illud cerimoniale abolituz est sicut et sacramentale circũcisiõis: ait enĩ Apls ad Gal. v. Si adhuc circũcidamini chriſt⁹ vobis nõ pderit. illũ aũt erroꝛẽ suũ q̃ iudei debent adorare nõ ad occidentẽ ſz vnusq̃sq̃z fm sitũ suũ ꝛ fir mare volẽs Burgẽs. dicit q̃ filij isrl castrametati sunt e regione mõtis sinai circũq̃z vt vnusq̃sq̃z adoraret xp̃us montez vbi dñs apparuit vn⁹ ad orientẽ alⁱ ad occidẽtẽ fm sitũ vniuscuiusq̃z: allegãs ad b illũ Ru. ij. Singuli p turmas castrametabant filij isrl p gyrũ tabernaculi federis: ſz b sua ꝛfirmatio videť eẽ ꝺtra rõnẽ ꝛ mõtis sinai dispositionẽ: nã mons sinai magn⁹ ꝛ lõg⁹ ẽ: cui⁹ ꝑs ẽ mõs ozeb vt dic̃ Josephus. ij. ꝛ iij. antiq̃tatũ: imo fm q̃sdã hꝛaic̃ exponẽtes illud ad Gal. iiij. Sina mons ẽ in arabia q̃ ꝺiũctus ẽ ei q̃ nũc est hierusalẽ ꝛc. mons ille se ꝺtinuo extẽdit fm lõgitudinẽ vsq̃ ad terrã sanctam: vñ ptz q̃ in circũitu illi⁹ mõtis nõ poterant castra locare: sed e regione montis in ꝑte orientali ꝺtra montẽ in plaga occidẽtis sitũ maxime q̃ ppls accedere ad montẽ, phibeť. j. ca. xix. Concordãtia p Burgẽs. de Ru. ij. adducta nulla est: nõ enim ibi dicit: Castrametati sunt pgyrũ mõtis ſz p gyrũ tabernaculi quod erat fixum in plano ad radicẽ montis.

## Nico. de lyra

Ocutusq̃ est La. XX a Capĺm: XX A
dñs cunctos sermones hos† Ego sum dominus b domi
f Nõ est hoc mãdatũ: ſz dicit cui⁹ mandatũ sit. c
deus tuus: qui eduxi te de terra d
f diabolice. e
a f et si sint dij multi et domini multi alij nõ erũt tibi dij ꝓter me. f primum mandatum.
b egypti: ꝺ domo seruitut. Nõ hã f

† Deu. 5. a Pũ. 80.

Job. 8. d

Gal. 4. d

scdo q̃tuz ad iudicialia. xxj. ca. tertio q̃tũ ad cerimõialia. ca. xxv. Sciẽdũ tñ q̃ ista diuisio nõ est ita ꝑcisa q̃n inẽ mozalia ꝓtineanť aliq̃ cerimonialia. ꝛ silr inter iudicialia aliqua cerimonialia ꝛ mozalia. sic ꝛ de tertio. ſz hec diuisio accipiť fm maiozẽ ptẽ. Circa ꝓmũ ꝓmittunť ꝑcepta data ppl̃o a deo ẽmediate. scdo data ab ipo mediante moyse. ibi: Cũctus aũt ppls. Adhuc ꝓmo ponunť ꝑcepta ordinãtia ad deum. scdo ad ꝓximuz. ibi: Honoza patrẽ tuũ. Circa ꝓmũ sciẽdũ q̃ doctoꝛes nr̃i ponũt tria ꝑcepta tm̃ ordinãtia ad deũ. Cui⁹ ratio videť: qz hõ debet fidelitatẽ deo reuerẽtiã ꝛ debituz famulatũ ad recognitionem sui domini. infidelitas aũt ꝓhibeť ꝓmo precipto. cũ dr: Nõ habebis deos alienos Irreuerẽtia scdo. cuz dr: Nõ assumes nomẽ dñi dei tui i vanũ. Et per istas negatiões intelligunť oppositе affirmatiões. s. colere vnũ deũ. ꝛ ei reuerẽtiã exhibere. Debiť aũt ab ipo mediante⁹ ꝑcipitur tertio. cũ dicit: Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. ꝛ fm b illud qđ ꝓmittit. cũ dr: Ego sum dñs de⁹ tu⁹. nõ est ꝑceptũ ſz est quoddã ꝑambulũ ad ꝑcepta: ac si diceret: b Ego suz dominꝰ. p generalẽ mũdi gubernatiõez. c De⁹. p creationẽ. d Tu⁹. p specialem appropriationẽ p ceteris ppls: vt dictũ ẽ ca. ꝑcedẽti. e Qui eduxi te de terra egypti. de seruitute hũana valde dura cõparata ad seruitutẽ diuinã que ẽ suauis ꝛ gratiosa. ꝛ iõ ꝓpter ista debes recipere mãdata mea nõ tm̃ aure corꝑis sed etiam mentis: et ad implet̃ionem operis. et tunc sequit primũ ꝑceptum. cum dr: f Nõ habebis deos alienos. dic̃ Ra. Sa. q̃ dñs alieni hic ẽtelligunť generaliť ꝑ omni

A ✻ idolatria

Et sequit. Mō facies tibi idolū:neq; vllā similitudinē rē. hec oia quidē simul putāt esse vnū mandatū q̄ si ira cōputeī nō cōplebīt numerus decez mandatoꝝ. Est ꝙ primū mandatū. Mō erūt tibi dy alij ꝓter me. Secundū. Non facies tibi idolum:neq; vllā similitudinē rē. Incipiam⁹ ꝙ a ꝓmo mādato.

Mō erūt tibi dīj alij ꝓter me. Si dixisset nō sunt absolutioꝝ sermo videret. Sz qz dicit nō erūt:nō negauit qz fūt: sz ne illi sint cui ꝭ ꝑcepta dant ꝭ ibi hut: hinc paulū sumpsisse puto. Si q̄dē sunt qui dicunt dy: siue in celo: siue i terra rē. In alīs q̄z locis ſueniet eos noīari sicut ibi. Rex magn⁹ sup omēs deos:ꝙ deus deoꝝ dīs. De dīis idē apl̄us dic: Siue throni:siue dn̄ationes rē. Dn̄ationes ꝙo nō aliud sunt q̄z ordo quidā dn̄oꝝ ꝙ multitudo. Jn q̄ vidētur sensuz legis aperire aplus. Ac si dicat: Licet sint dīi multi q̄ alijs gētibus dn̄ant:ꝙ dy multi qui ab alijs colant:sz tn̄ vn⁹ deus ēnobis: et vn⁹ est dīs. vñ Cū diuideret excelsus gētes ꝙ dispergeret filios adam. statuit terminos gentium ꝑm numerū angelorū dei. angelos ergo quib⁹ gētes cōmisit excelsus:dīos vl deos appellat scriptura: deos qua si a deo datos:ꝙ dīos a dño potestate sortitos. Añ eis dz: Ego dixi dy estis:ꝙ filij excelsi oēs. Uos aūt sic bonis ceminis:ꝙ sicut vn⁹ de ꝓncipib⁹ cadetis. Jmitantes.s.diabolū q̄ princeps oīm factus est ad ruinā. Añ cōstat qđ execrabiles fecit eos ꝓuaricatio:nō natura. Tibi ꝙ o isrl q̄ pars dei ꝙ funiculus ei⁹ es:nō erūt inquit tibi dy alij ꝓter me:qz vere de⁹ vn⁹ est de⁹:ꝙ vere dīs vn⁹ est dīs. ceteris ꝙo ab ipo creatis cōtulit ꝭ nomē nō natura sed gra. Mō hec tantū dicunt ad isrl ꝑm carnem:imo ad te qui israel effectus es mente deū vidēdo:ꝙ circūcisius corde nō carne. Si tū ita agas vt dignus sis esse pars dei. Et si in funiculo hereditatis ei⁹ metiri. alio quin exemplo tibi sint q̄ ad hoc vocati fuerāt vt essent pars dei: ꝙ exigētibus peccatis dispersi sunt ꝓ omēs gentes:ꝙ educti ꝺ domo seruitutis tā nō egyptijs solis:sed omnib⁹ gentib⁹ ser

uiunt. Qui enī peccat seruus est peccati. a Mō facies tibi sculptile. Dzige. Mō facies tibi ipsi idolū neq; oēm similitudinē rē. aliud sunt idola. aliud dy. De dijs enī dicit apl's Siquidez sunt dij multi:ꝙ dīi multi. De idolis ꝙo:qz nil est idolū i mūdo. De similitudinibus aūt nō addidit qz nil sūt. hic aūt dz: Mō faciet tibi idolū neq; similitudinē oīm. Aliud est ꝙ facere idolū:aliud similitudinē: ꝙbi causa. Si q̄s in auro ꝙ argento ligno vel lapide faciat speciē quadrupedis vel serpentis vel auis:ꝙ statuat ad orandū:nō idolū sed similitudinē fecit. Qui ꝙo facit qđ nō est:speciē.s.quā oculus nō vidit:sed anim⁹ sibi fingit:vt si quis humanis membris caput canis aut arietis formet. vel in vno boīs habitu duas facies: aut hūano pectori postremas ptes equi aut piscis:q̄ ꝭ fac nō similitudinē sed idolū facit. facit enī qđ nō est:nec hz aliqđ sīle sui. Jdeo dicit Apl̄s:qz idolū nihil est in mūdo. Mō enī aliq̄ ex rebus ꝓstantib⁹ assumit̄ species:sz quā mens ociosa ꝙ curiosa repperit. Sic itudo ꝙo ē cū aliq̄d ex his q̄ fūt vl ī celo vel ī terra vel in aquis format:sz nō lic̄ ex his q̄ in terra sunt vel in mari similitudinib⁹ ꝓmptū ē ꝓnunciare. Jta etiaz de celestib⁹: vbi quis dicat de sole ꝙ luna ꝙ stellis hoc posse sentiri. quoꝝ formas exꝑmit gētilitas. Sed moyses eruditꝰ oīni sapiētia egyptioꝝ:etiā q̄ apud illos erāt in occultis ꝓhibere cupiebat:sicut cehatem:aliasq; ꝺmonū formas:q̄ Apl̄us ꝑ spiritualia nequicie in celestib⁹ vocat. de q̄b⁹ forte dz: Jnebriatus est gladi⁹ meꝰ in celo. his enī formis ꝙ similitudinib⁹ invocabāt demonia ad repellēda vel vitāda mala. Sciendū tū qz cū decreueris hoc seruare mandatū ꝙ habere vnū tātū deū ꝙ dūm:hoc est bellū denūciare omnib⁹ alijs:q̄bus ī baptismo renūciasti:solū deū ꝑfitens patrē ꝙ filiū ꝙ spiritūsanctū. Sed ꝭ cōfitentes nisi toto corde diligamus dūm deum nr̄m:tota aīa tota virtute et adherētes: nō sum⁹ effecti pars dīi:sed ī ꝑfinio positi illos patrimur offensos: quos fugim⁹: ꝙ ad quē fugim⁹, ꝓpiciū nō efficim⁹: quib⁹ ꝓpheta dicit: Ue duplices alo:Et iterum: Ulq; quo claudicatis vtroq; pede? Ab illis ē q̄si fugaces cedimur:ꝙ a dño nr̄o quasi instabiles nō defēdimur. vñ: Amatores tui inimici facti sunt tibi. Multi sunt aīe amatores capti decore eī⁹:cū q̄bus meretricata est dicēs: Post amatores meos ibo:q̄ dāt mihi vinū meum rē.

Uos offendit reuersa ad virū ꝓiorez:nisi ꝙ tota fide ꝓmāeas cū viro tuo: ꝓ scelerib⁹ q̄ cōmisisti:suspect⁹ est:oēs mot⁹ tuos aspectus ꝙ incessus notat:nil vltra in te lasciuū videre:nil dissolutū vel ꝓdigū potest. Si ꝙ acceptā gram negligis et ꝭ ā implicas te secularib⁹ negocijs:ꝓtinuo īmundus ſpūs redit cuz septē nequioribus ne iterꝙ expelli possit:ꝙ fiūt nouissima peioza ꝓrioribus.

Nulla ꝙ societas tēplo dei cū idolis. Si dei sum⁹:tales esse debem⁹: in quibus habitet ꝙ ambulet de⁹. vñ Qui portatis vasa dñi exite:ꝙ īmundū nolite tāgere:ego recipiā vos rē. dic ꝙ: Mō erūt tibi dij alij ꝓter me. c Mō adorabis rē. Aliud ē colere: aliud adorare. Pōt q̄s inuit⁹ adorare vel adulādo regib⁹ idolatris: vel tormētis victꝰ:cuz sciat qz idolū nil est. Colere ꝙo est toto his affectu ꝙ studio māpari. Utrūq; ꝙ refecat: vt nec affectu colas:nec specie adoras. b Ego suz dīs rē. Aide benignitatē dei vt nos doceat ꝙ pfectos faciat fragilitatē humanoꝝ affectuū non recusat:oīa agit et patitur ꝓpter nos: notis et vsitatꝫ nobis loquitur affectibus. Dzige.

Omis mulier aut ꝺ viro ē ꝙ subiecta ē legib⁹ viri. Aut mere trix est:ꝙ vtiꝭ libertate peccādi:q̄ ingredit ad meretricem scit q̄ ad ꝓstitutā ꝙ cunctis patentē ingressus ē. Jdeo de alijs indignari nō pōr. Qui legitimo vtiꝭ mr̄imonio nō patiꝭ vroꝛez peccare:sz accēdit ꝛelo ad seruādā castitatē mr̄imonij:vt posſit legitim⁹ fieri pater. Sic oīs aīa:aut ꝓstituta ē cū demonibus ꝙ hz plures amatoꝛes vt intrēt ad eā:nō ſpūs fornicationis:nō auaritie:post hūc venier ſpūs supbie: et alij plurimi. Alter tñ alteri nō inuidet nec de ꝛelotypis monet:sz scientes inuitāt. Añ adducit seczs alios septem ſpūs nequioꝛes se rē. Sic nullā ꝛelotypiā amatoꝝ suoꝝ patiꝭ aīa que dēmōib⁹ ē ꝓstituta. Si ꝺo cōiuncta fuerit viro legitimo.i.ꝛpo etiaz si aliqñ fuerit peccatrix:vltra eā peccare nō patiꝭ:nec ferre pōt vt aludat adulteris:excitaꝭ sup eā ꝛelus ei⁹:ꝙ defendit ꝓiugū castitatē. Si aūt viderit eā temerantē cōiugij iura:ꝙ occasionem querere peccādi:dat ei libellū repudij. Añ ꝓpter iniquitates vr̄as:dimisi matrē vestrā. hec q̄ loquiꝭ ꝙ ꝛelās ē ꝙ celo cōmotus ꝺ dic:Est etiā nouū genꝰ boc bonitatis ei⁹: vt etiam post adulteriū reuertentē ꝙ toto corde penitentē ſuscipiat. Añ nūq̄d mulier si exierit a viro ꝙ dormierit cū alio viro: reuertens reuertet ad virū suum rē. Et alibi ꝙ post q̄ fornicata es in his oīnib⁹ dixi:reuertere rē. ꝺ q̄ deus ꝛelans si requirit ꝙ desiderat animā tuaz sibi adhere:si ſeruat corꝛipit ꝙ indignaꝭ velut ꝛelotypia q̄daz erga re vsus:spem tibi esse salutis agnosce. Si ꝙo corꝛeptioez ꝓtēnis:discedat a te ꝛelus eius ꝑm illud: Ꝓcorꝛepterea discedit ꝛelus a te rē. vide misericordiā ꝙ pietatez dei: qñ vult misereri:indignari se dicit ꝙ irasci:sic ꝙ Hieremiā dic: Doloze ꝙ flagello castigaber⁹ hierlm: vt nō abscedat aīa mea a te. flagellat enī oēm filiū quē recipit. ꝺ aūt terribile: ꝺ extremū:si nō corꝛipimur ꝓ peccatis. Cū enī modū peccandi excedimus:auferꝛet a nobis etiam ꝛelus dei: nec vltra irasciturꝫ.

Deu.32.a

Pū.1 s.

Job.5.d

1.Cor.3.b

Ibid.a

Ecci.2.c

3.Re.18.d

Mi.7.4.g

Oſee.2.a

Loſof.1.c

1.Cor.6.b

Act.17.c

Epb.6.b

Eſa.34.a

Mico. de lyra

Ꝟ Uisitans iniquitatē rē. Origē. Reddēs peccata patrum in filios rē. Aiunt heretici qꝛ nō boni dei sermo sit:q̄ ꝓ peccatis alterius alterꝙ dicat plecti:deū tñ legis iustū dicunt. Nec pūt ostendere quō iniust⁹ sit:si aliū alio peccāte punit: Sed interior ꝺ nōster aut ꝺz habere deū patrē: si ꝑm deuz vinit.

Aut diabolū:si voluntatē illi⁹ facit. Añ vos de patre diabolo est:ꝙ deſideria patris vr̄i facere vultis. Sic ꝙ semē dei ī nobis ē:cū ꝺbū dei seruātes nō peccam⁹: ꝑm illd: Qui ex deo est nō peccat. qz semen dei manet in eo: ita cum a diabolo suademur ad peccandū:semē ei⁹ suscipim⁹: cū faciuus qđ suadet: tā genuit nos. Ascimur enī ei⁹ filij ꝓ peccatū. Sed qz fere sine adiutorio nō peccam⁹: sicut adulteriū nemo sol⁹ cōmittit: necesse ē adulterā ꝛsortē fieri:ꝙ si nō ꝑ les necesse est aliquē vel aliquā ministerio sceleris adiūgit:q̄ oēs velut vn⁹ ex altero ꝑm psuasiōis ordinē generati ex diabolo ꝓgenie ducūt: velut in traditiōe dñi diabolus ītrauit in coꝛ iude ꝙ ꝓmū filiū peccati genuit: qui solus ꝺ facere nō potuit:abijt ꝙ ad scribas ꝙ phariseos et pōtifices. Nascit ꝙ ex iuda generatio tertia et ꝙrta peccati. Uideam⁹ ꝙ quō peccata patrū reddit de⁹ ī filios in tertiā ꝙ ꝙrtā. ꝓgenie:ꝙ nō ī ipos. De patri ꝺ eni nihil ꝺ. Diabolus ꝙ qz iā peccādi modū exceſſit: tanꝙ vestimētū cōeretū sanguine nō erit mundus in hoc seculo: nō flagellatur ꝓ peccato:omnia enim ei seruanꝭ in futuro. vnde Quid veniſti ante tps torquere nos? Redduntur autem peccata in filios quos genuit per peccatū: q̄ in carne positi flagellantur:quia nō vult deus moꝛtem peccatoris. sed vt cōuertaꝭ et viuat. Misericoꝛs ergo reddit peccata patrū in filios:qz dia bolus ꝙ angeli ei⁹ qui etiam peccati patres efficiunꝭ:indigni sunt q̄ in p̄ senti coꝛripianꝭ:filij coꝛuz ꝙ qui per ipos ad societatē peccati adsciti fūt: recipiūt in presenti quod gesserūt vt purgati ꝺbeāt ꝛ pena socij nō efficiantur. Añ visitabo in virga iniquitates eoꝝ. Misericordiā aūt meam nō auferā ab eis. De⁹ enī ꝛelās ē: ꝙ animā quā sibi despōdet ī fide: nō vult in ꝙtamiatiōe peccati pmanere:sz ꝛl to purgari. Si aūt noluerit purgari in interitu eoꝝ ridebit:dicēs eis: Discedite a me maledicti in ignē eternū rē. Sciam⁹ ergo nos in pñti coꝛripi: vt in futuro quiescam⁹. Añ cū castigamur a dño coꝛripimur:ne cū hoc mūdo damnemur. Dzige. In hoc sermone solent nos heretici suggillare qđ nō sit boni dei sermo qui ꝓ peccatꝫ alterius aliū iudicat. Sed qui deū legis mandantē hec dicent nō bonū:iustū tamen dicunt. Hec ipsi quidem possunt ostendere quō iusticie videatur cōuenire si alio peccante alius puniatur. Jsti. Primū mandatuz ꝓhibet surreptionem. Secundū errozem. Tertium interficit seculi amoꝛez. Quartum impietatem. Quintum crudelitatē. Sextuz fornicationem. Septimū rapacitatē. Octauū perimit falsitatē. Nonum mundi cupiditatem. Decimuz adulterij cognitionem. Et notandū sicut decē plagis pcutiunꝭ egyptij. Sic decem ꝑceptis scribunꝭ tabule:quibus populus dei regaꝭ et demones occidanꝭ. Jn duab⁹ enī tabulis scripta est lex: ꝓpter duo testamēta significanda: vel qz sunt ꝑcepta duo dilectiōis dei ꝙ proimi. Jn quibus tota lex pendet ꝙ ꝓphete. Jn vna ei tria ꝑcepta:que ad dilectionem dei pertinēt. Jn altera ꝙo septem:que ad societatē ꝓximi. Lapidee ꝙo fuerūt tabule:qz coꝛ iudeoꝝ erat lapideū: insensibile:duꝛ: stolidū. Añ auferā coꝛ lapideū:ꝙ dabo eis coꝛ carneum. Et Apl̄us ait: Mō in tabulis lapideis:sz in tabulis coꝛdis carnalibus que sentiant scilicet ꝙ intelligant.

Ꝟ Honora



a ꝭ post enī ꝑccatū dicit audi filia ꝙ vi.ꝙ in.a. ruā rē. tanꝙ misericoꝛs parer ꝙ medicus.
b ꝭ diaboli ꝙ angeloꝝ eius. c ꝭ nō in parres ꝙ correctione indigni. ꝭ cos.s.qui suggerente diabolo ꝙ angelis eius peccauerunt.

a visitāns iniqtatez pātrū ī filios a
in tertiā ꝙ quartaz generationē b
a ꝭ qz peccātib⁹ ꝓhomib⁹ (oēij adsleuīt. b ꝭ qz coꝛrectiōe nō indigēt ꝙ diligūt enī nō peccāt.
eoꝝ qui oderūt me: et faciēs c
a ꝭ in omēs. ꝭ finitū ꝓ finito. ꝭ nō qui ode/
misericordiā in miliā bis q̄ dili/
rūt. a ꝭ Si quis diligit me sermonē meū seruabit. Er ꝑfecta charitas foras mittit timorem.
gūt me ꝙ cūstodiūt ꝑcepta mea.
a ꝭ iurādo.s.ꝓ nihilo nomen dñi. ꝭ christum putando tantum esse creaturam.
† Nō assumes nomē dñi dei tui ī d
ꝭ er ſi homines habeant.
vanū. Nec enī habebit insontez e
ꝭ iustus iudex.
dñs eum: q̄ assumpserit nomen ī
a ꝭ tertiū mādatū grīes ad spiritūsanctū cui⁹ dono requies eterna ꝓmittitur ꝙ sanctificatio ꝓ
dei sui frustra dominit Memēto f
ficitur. a ꝭ Sex milib⁹ annoꝝ quib⁹ laboratur
vt die sabbati ſctifices† Sex die g h
bus opaberis:et facies oia opa
ꝭ in requie beati regni:de sabbato iudeoꝝ dicitur sabbata vestra odit anima mea.
tua: Septio āt die sabbatū dñi i
ꝭ qz post hanc vitam vera requies.
dei tui est. Nō facies oīe opus
a ꝭ carnalis ꝙ spiritualis. ꝭ nullus sexus excludit̄. nulla eras nec vlla conditio.
in eo:tu et filiꝰ tuus ꝙ filia tua k
ꝭ idiota.
seruus tuꝰ ꝙ ancilla tua:iumētū m
a ꝭ qui nouiter accellit ad legē. b ꝭ sepra eccle
tuū ꝙ aduena q̄ est intra pōrtas n
ꝭ significans qz inpfectione senarū sunt nobis opera facieda vt postea fruamur requie eterna.
tuas † Sex enī diebus fecit deꝰ o

yroꝛē:in qua nō patiꝭ aliū cōlere. ꝙ ꝺ modo ꝺz deus ꝛelotes qz nō vult qꝛ hō foznicet cū dijs alienis ꝙ idolatrīa. a Uisitās iniqtatē patrū ī filios qđ itelligiꝭ duplicit. Uno mō pena ꝙ alij ꝙ iuste puniunt:ꝙ maxime a deo filij ꝙ iniqtate patrū qz in ꝺ puniunt patres. ió subdit: b In tertiā ꝙ qrtā generationē. qz vsq; ad tot generatiōes videt aliqñ mali hoīes pueros ex eis exēires. Alio mō de pena eterna: que infligit filio ꝓ iniquitate patris: in quātū est imitator paterni sceleris. ió subdit: Usq; ad tertiā ꝙ quartā generationē. qz sic dictū est aliqñ mali hoīes vident filios suos vsq; ad tot generatiōes. ꝙ sic informant eos suis malis exēplis vel illi imitanꝭ qđ viderūt in patrib⁹. c Et facies mi sericordiā rē. qz magis ꝓlongat ei⁹ misericordia ꝙ bonitas dando bona filijs ꝓ bonitate patrū: q̄ ei⁹ iusticia in puniendo filios ꝓ malicia patrū. Debzei dicunt qꝛ ī ꝑdictis sunt duo ꝑcepta: ita qꝛ primum incipit ibi: Ego sum dñs deus tu⁹ ꝓ qđ ꝑcipit affirmatue: qꝛ ille habeatur ꝓ vero deo: q̄ eduxit filios isrl de egypto ī tot signis mirabilib⁹. Scdm ī cipit ibi: Nō habebis deos alienos rē. in q̄ ꝓhibet negatiue:ne cult⁹ latrie alteri impendaꝭ. d Nō assumes rē. Hic ꝓhibet falsa iuratio. ꝙ etiā illa q̄ est sine causa debita:qz ꝓ vtranq; fit irreuerentia ipi deo assumēdo nomē ei⁹ ad confirmationē falsitat⁹ vel frustra. Dicūt autē aliqui debzei ꝙ etiā hic ꝓhibet ꝓlatio nois tetragrāmaton indebita. soluz enī erat licita sacerdotib⁹: nō vbiq;: ſz soluz in tēplo qñ bñdicebāt ꝑplm:ꝙ nō alias. Causa aūt hui⁹ ꝓhibitiōis subdit cum dicit: Nec enī habebit insontē dñs: id est innocentē vel sine pena eū adentē. f Memēto vt diem sabbati sanctifices. Postq̄ remouit ipedimēta cult⁹ diuini ſ.idolatrīā ꝓ ꝑmū ꝑceptū:ꝙ irreuerētiā diuini nōis ꝓ secūdū. Hic ꝑ⁹ dat ꝑceptū de cultu debito ipi deo exhibēdo:et ꝑ⁹ ordo:qz pri⁹ fūt remouēda ipedimēta alicui⁹ rei ī stituēde q̄ ꝙ instituaꝭ. dicit igiꝭ: Memēto. Dicūt debzei ꝙ ꝺ ponik ī ꝓncipio hui⁹ ꝑcepti:qz in oīi re ꝓciosa debet hō hr̄e memoriā de sabbato:vt si habeat nouā vestē vel iocale pulchrum vel aliqd hmōi debet expectare diē sabbati:vt ꝺmo tūc vtaꝭ ipo. g At diem sabbati sctifices.i.diuino cultui totaliter applices ꝺ diuinis bñficijs meditādo ꝙ gras exhibēdo. h Sex dieb⁹ opabe/

Deu.5.b

Jbid.

Eſa.52.c

Jer.3.a

Jbidem

Ezec.16.e

Jere.6.f

Heb.12.b

Ezec.18.g

Ezec.36.f

2.Cor.3.a

Mat.25.d

Mat.22.d

ris. illa que sunt necessaria ꝓ victu nō erat licitū coquere vel parare:vt dictū est. ſ. vj. ca. licitum tñ erat opari illa que nō poterāt bono mō differri nec anticipari die ꝓcedēti:sicut aīalia adaquare:ꝙ pabulū eis ꝓbere:ꝙ i casualib⁹ remediū adhibere:qñ nō poterāt bono mō differi:sic bonē ī foueaz lapsum inde leuare ꝙ similia. Et ꝺ mō machabei pugnauerūt ꝓtra iuadentē eos die sabbati: vt habet.i. Mach. ij. ca. k Tu ꝙ filiꝰ tuꝰ rē. nō loquiꝭ de adultris q̄ tā sciebāt legem sabbati:qz ꝓhibiti sunt simul cū parētib⁹:ſz ꝺ addiꝭ ꝓ pueris ignoātibus legē:qui nō debebāt ꝓmitti a parētib⁹ aliqđ opari ī die sabbati: vt accendere ignē vel extinguere lāpades ꝙ hmōi. vt dicit Ra. Sa. l Seruꝰ tuꝰ ꝙ ancilla tua. intelligiꝭ hoc de illis q̄ nō erāt in dei:qz ꝓ ꝓcedentia seruꝰ ꝙ ancilla ꝺ gēte iudeoꝝ erāt. ꝓhibiti. m Jumentū tuū. qz nō erat eis licitū cōducere vel accomodare gētili ad opꝰ suū faciendū:sed dimittebat simpliciē quiescere:ꝙ refici pabulo cōuenienti. n Et aduena. ista ē gentilis ꝑuersus ad ritū iudeoꝝ:qui similī modo tenebaf obseruare sabbatum. o Sex enī diebus rē. hoc induꝫ tanꝙ causa ꝙ ratio hui⁹ ꝓdicti mandati ꝙ patet littera.

Circa istud ꝑceptuz quod ego exposui ꝑm intentionem hebreoꝝ quibus fuit ꝓmo datū: considerandum qꝛ partim ē moꝛale. et partim ceri moniale. Mozale est enī ꝙtuz ad hoc qꝛ homo teneꝛ vacare diuinis, Cerimoniale est ꝙtum ad determi

† 22.q.4.c. necesse est.

† 25.q.1.c. ió ꝓmitte/ re.9. hi⁹ ira. † De feriis c.2.

Exec.20.b

† Gen.2.a

a Honora patrē tū. Hoc est primū septimū mandatorū que ptinent ad ,primū. Bene aūt septē sunt. Septenarius enim ex ternario cōstat z quaternario. Ternarius ño anime congruit: que est irascibilis concupiscibilis: rationalis. Quaternarius corpori. b Mō occides tē. Aug⁹. Et qđ dictum est nō occides. Mō purandū est fieri cōtra hoc pcceptū q lex occidit vl occidi aliquē deus iubet. Ille enī facit qui iubet quod ministrum negare nō licet. c Mō mechaberis. Aug⁹. Querit quoꝫ quo differat non mechaberis ab eo qđ paulo post dicit. Mō ꝯcupises vxorē ,primi tui. Jn eo enī qđ dictū est: nō mechaberis: poterat illud intelligi: nisi forte in illis duob⁹ preceptis non mechandi z non furandi ipa opa notata sint. Jn his ño extremis ꝯcupiscētia ipa: que tm differunt vt aliqñ mechet qui nō concupiscit vxorem proximi: cum aliqua alia causa ipsi miscet. Aliqñ ño cōcupiscat nec ei misceat pena timēs: z hoc forasse lex ostēdere voluit: q vtraꝫ peccata sint.

Aug⁹. Jtē queri solet: vtrū mechie noīe etiaꝫ fornicatio teneat: hoc enī verbū grecū ē: q̄ iam scriptura vtik ,p latino. Mechos enī grece nō nisi adulteros dicit. Sz lex nō solū viris: sz etiam feminis data est. Reaꝫ enī qr dictuꝫ ē: Mō cōcupises vxorē ,primi tui: nil si bi hic ꝑceptum femina putet: tanꝯ licite cōcupiscat virū proxime sue. Si ergo hic ex eo qđ dictū est viro. nō cōcupises vxorē proximi tui: intelligit etiā qđ ad feminā pti. net: ḡto magis ex eo qđ dictū est. Mō mechaberis vter, qꝫ seruꝰ astringitur: cū z ipm ꝑceptū potest ad vtrūꝫ referri: sicut nō occides nō furaberis: z que similiꝫ non expresso vno sexu vtriꝫ sonare videnť: qr bonozatioz exprimitur. i. masculus. Ac p hoc femīa mecha est hūs vir cōcubēdo cū eo qui vir eī nō est: etiā si ille nō habeat vxorem. Vir quoꝫ mechus est cōcubendo cum ea que vxor eius nō est: etiā si illa nō habet virum. Sed vtrū si faciat vir qui vxorē nō habeat cum femina q̄ virū nō habet: p̄cepti huius trāsgressiōe tcneať: merito queriť. Si enī nō tenetur: nō ē ,phibita in decalogo fornicatio: sed sola mechia. i. adulteriū: ḡuis omis mechia fornicatio est. Unde quicūꝫ dimiserit vxorē suā excepta causa fornicationis facit eam mechari. Hic enī fornicationē appellauit si cum alio peccet que virū habet: qđ est mechia. i. adulterium. Sz vtrū omis fornicatio mechia dici possit i scripturis: nō mihi occurrit locutiōis exemplū. Sz si nō ois fornicatio mechia dici potest: vbi sit i decalogo ,phibita fornicatio quā faciūt viri qui vxores nō habēt cū feminis q̄ viros vel maritos nō habēt: vtrū inueniri possit: ignoro. Sed si furti nomīe: hū intelligiť ois illicita vsurpatio rei aliene. Mō enī rapinā ꝓmisit q furtū ,phibuit. Sed a pte totū intelligi voluit: quicqđ illicite rerū ,primi aufertur. Et noīe mechie omis illicit⁹: atq illoꝝ membroꝝ nō legitimus vsus ,phibitus debet intelligi. d Mō furtum facies. Jsiō. Sz rursum querit: quo differat nō furtū facias ab eo qđ paulo post dicit de nō cōcupiscēdi rebus ,primi. Mō q omis q cōcupiscit rem ,primi furat. Sz ois qui furatur rem proximi cōcupiscit. Poterat in illa generalitate vbi de nō ꝯcupiscenda re ,primi precipitur: etiaꝫ illud quod ad furtum pertinet contineri.

e Non loqueris contra pro. tē. Aug⁹. In eo etiaꝫ qđ dictum est falsum testimoniū non dices aduersus proximū tuū: queri solet vtrū ,phibitū sit oīne mendacium: ne forte nō sit hoc preceptum aduersus eos: qui dicunt tunc eē mentiendum: quando id mendacium prodest alicui z nil obest ei cui mentiris. Tale enim non est aduersus proximum tuuz: vt ideo hoc videatur addidisse scriptura que posset breuiter dicere falsum testimonium nō dices: sicut non occides nō mechaberis: nō furaberis. Sed magna questio est: nec cito explicari potest quomodo accipien

ℱ dum sit

natiōez tpis qr reqes dici sabbati figurabat requiē dñi i sepulcro: in q̄ iacuit p totā diē naturalē sabbati. z quia cerimonie legis vecessant aduenīete veritate euāgelij. iō in noua lege non obseruat dies sabbati: qr est determiatio tpis: sz loco eī⁹ obseruat dies dominica z etiā ,pter memoriā dulce resurrectiōis die dñice facte. Et qr opus pcti est maxime seruile. ſ. seruitute diaboli. z maxime impedit vacare diuinis. iō maxime intelligit esse ,phibitū p dictū ꝑceptū: ita q̄ q̄ adulterat illa die est trāsgressor duplicis ꝑcepti. ſ. me chie: z diei sabbati: qđ nō itelligebāt indei. vñ diē Aug⁹. li. d decē cordis. Meli⁹ faceret iudeꝰ in agro suo aliq̄d vtile q̄ in theatro seditiosius existeret. z melius fe mine coꝛ die sabbati lanā facerēt q̄ toto die in neomenijs suis impudice saltarēt.

Sciendū tū q nō obseruat cū tanto rigore vacatio ab operib⁹ manualib⁹ sicut in ve. lege: qr pñt parari cibaria. z aliq̄ alia fieri die dñica: que non erant licita in sabbato: qr illa vacatio pārtim figuralis erat: sicut totus ille stat⁹. j. Coꝛ. x. Ola in figura cōtingebant illis. A figura enī ḡtūcunqꝫ modico subtracto mutať tota significatio. sicut vna lra subtracta ab b noīe lapis: mutať tota significatio. circa vero totaꝫ rem ipam lapidis pñt aliqua addi z ſtrahi absq; mutatiōe substātie.

a Honora patrē tuū. Hic pñr ponunť ꝑcepta ordinātia ad ,primū. z primo ponitur ꝑceptū circa opationē boni: cū dicitur: Honora patrē tuū. qr intelligiť non solū de honore q̄ ꝓsistit in reuerētia exterioꝛi: sz etiā in ,puisione ḡtuz ad necessaria vite si indigeāt. Et ſm doctores nros noīe parentū intelligiť omnis ,prim⁹ in necessitate posit⁹: cui est ,puidendum. vnde dicit Aug⁹. Pasce fame morientē: si nō pauisti: occidisti. Verūtā exp̄munť hic parētes tm qr ista decem ꝑcepta sunt q̄dā ꝯclusiones ūmediate sequētes ex pncipijs iuris naturalis: qne statī capiunť etiā a parū intelligentibus: z talia erāt ,pponenda toti pplo i cōmuni cui ,ppolita sunt ista decē ꝑcepta. illa aūt que subintelligūtur q̄si cōclusiones quedā magis remote: explanate fuerūt in aliis ꝑceptis que sunt q̄si quedā determinatiōes decē ꝑceptoꝝ: qr ola cerimonialia reducunť ad ꝑceptū de obseruatiōe sabbati: z omia iudicialia z moralia ad alia pcepta. Ordinať aūt istud ꝑceptum de honore parentū ꝓuenienter post ꝑcepta ordinantia ad deum z immediate: qr sicut deꝰ est ꝓncipiū oīm: ita parētes hñt rationem pncipij respectu filioꝝ. b At sis lon. sup ter. cū enī filius accipiat vitam a parentib⁹: cōdecens est vt ,plongeť vita illi⁹ q̄ bñ se habet ad eos: z ecōuerso q breuiter vita illoꝝ q̄ male se habent verūtā aliqñ aliter contingit: qr bona tpalia ītercque cōputať cozporalis vita ordinanť ad spiritualia bona z eterna. z iō aliqñ contingit ex diuina ordinatiōe nobis occulta: q honozantes parētes parū viuūt: z dehonozātes diu: tā totū ordinať a deo ad augmentationē ꝓmij bonoꝝ: z pene maloꝝ. c Mō occides. Cōsequēter ponunť ꝑcepta iudicialia: que ordinanť ad ,primuz ḡtum ad vitationem mali. z qr maximū nocumentū circa cōsistentiam ꝑsone est occisio. iō hic, phibeť ꝓmo. cū dicit. Mō occides. Et ſm doctores catholicos p hoc intelligiť ,phibitū oīne nocumentū in persona hoīs: vt mutilatio: verberatio: z filia. que sūt ꝺtra charitatē ,primi. Dicit Ra. Sa. q p hoc ꝑceptū ,phibeť homicidiū tm: ,pter qđ imponiť pena mortis. Certe ño lesiones corporis ,phibenť a liis ꝑceptis iudicialibus. scdo ,phibeť nocumentū inferendū ,primo ratione psone sibi coniūcte. cū dicit: d Mō mechaberis. Mechia enī est copula carnalis cum vxore alterius viri que reputatur vna caro cum ipso. Dicunt tm doctozes nri q̄ p hoc ,phibeť omnis cōcubit⁹ qui est ,pter legez matrimonij. Debzei aūt dicūt q̄ ,phibetur sola mechia. Aliꝰ cōcubitus inordinati aliis ꝑceptis sunt prohibiti. e Non furtum facies. Hic cōsequenter ,phibeť alia nocumenta: z primo illa que inferunť facto. cum dicitur: Non furtum facies. per quod intelligiť prohibita omnis contractio rei aliene. vel retentio iniusta ſm q̄ dicunt doctozes nri Ra. Sa. dicit q̄ p hoc intelligitur ,phibitum furtum hoīs tm: pro quo imponitur pena mortis: ,put habeť ca. sequēti. ,p aliꝰ aūt furtis nō ꝓponit lex penā mortis: sz restitutionem in duplū: vel aliť ſm q̄ determinanť iudicialib⁹ ꝑceptis. Cōsequēter ,phibeť nocumētū qđ inferť ño. cū dr: f Mō loqris tē. Et ſm doc. nros nō solū ītelligiť ,phibitū falsū testimoniū i iudicio: vt dicūt behzei: sed etiā eē

ℭ iudicium



ℱ dum sit: Perdes oēs qui loquunť mēdaciū: z noli velle mentiri oīe mendaciū z hmōi. a Cuius aūt ppls tē. Aug⁹. Solet queri quō ppls vidēbat vocem: cum vox nō ad visum: sed ad auditū ptinere videatur. Sed videre solet ,p generali sensu cozpis z aie poni. Uñ

Gen. 42. a Cum vidisset iacob quia sunt esce in egypto. vñ. ſ. absens erat: ḡuis nōnulli videre vocē nil aliud eē ḡ intelligere putauerūt: qui visus mētis est. Cum ño hic breuiter dicenduz esset q populus audiebat vocē: z lampades: z vocē tube: z montem fumantē.

a Questio maior oziť: q̄ mō audiebat lampades z montē fumantē qđ ptinet ad sensuz videndi: nisi q̄s dicat non tam breuiter dicendū fuisse: vt nō totū diceret: audiebat vocem et videbat lampades: z audiebat vocem tube: et videbat montē fumantem. Duo ei genera vocis erāt z de nubibus sic tonitrua et tuba: si tū ipaz dixit vocem q̄ de nubib⁹ edebat: ac p hoc meli⁹ in his que ad sensuz audiendi ptinebāt: generalis sensus est posit⁹. i. videndi. (Cū breuiter totū vellet scriptura cōplecti) q̄ vt in his q̄ ptinēt ad sensū videndi ſ intelligeret audit⁹: q̄ more nos nō loqui solemus. Mā vide q̄d sonet solem⁹ dicere: audi quid luceat ñ solemus dicere. b Loq re tu nobis qđ significatur ad vetus testamentuz timōrē potius ptinere. Sicut ad nouū dilectionem. ḡuis i veteri nouum late ar: z i nouo vetus pateat: quō aūt tali pplo tribuat videre vocē dei si hoc accipiendū ē intelligere: cum sibi loqui deum timeāt ne moriant nō satis elucet.

c Nolite timere tē. Augusti. Sic illi cohibēdi erant a peccatis: timendo scilicet ne penas sensibiles paterentur: quia nondū poterāt amare iusticiā z tentabant a domino vt apparerent cuius modi eēnt: nō deo quē nō latebāt: sz inf se z sibi metipsis. d Stetitq; populus tē. Hzego. In quibusdam locis scripture historia seruāda est: et allegoria. Et sepe sola allegoria querenda est. aliquādo sola historia tenenda: vt tardiores pascant per historiā: z velociores ingenio p allegoriam. Unde cū ppls loquente deo lampades sonitum buccine: z montē fumantē cerneret: territus petit: vt sibi p moysen loquereť dñs: et stetit de longe. Moyses accessit ad caliginez i qua erat deus: qr populus nō valet caliginē allegorie penetrare. valde enī paucoꝝ est spūalem intellectū rimari. Quia enim mentes carnaliū sola sepe historia pascunť loquente deo longe populus stetit: qr ño spūales allegozie nubē penetrāt: vt spūaliter ño ba dei coḡscāt. Moyses accessit ad caliginē i q̄ erat deꝰ. e Mō faciet deos tē. Repetit qđ i ꝓmo ꝑcepto dictū est: z p argētea z aurea oia simulacra intelligunť sic i ps. Simulacra gentiū argentū z aurū opa manuz dominū.

ℱ Altare

tuuz falsuz testimoniū. t Non cō

a ℱ Etiā volūtarē adulterandi verar. aliud est eni facere aliud desiderare. vñ duo ꝑcepta sunt nō mechaberis z nō ꝯcupises vxorē ,primi tui.

cupises domū proximi tui Hec desiderabis vxorē eius: non servū: nō ancillā: nō bouē: non asi

b nū: nec oia que illi⁹ sunt. Cunc⁹

c a ℱ visus qr primarū obtinet i sensibus interm̄iscetur offitib⁹: sic enī dicimus audi et vide: olfac et vide palpa z vide. ℱ nos quoꝫ doctoꝛ voces audiētes oculū mētis dirigere debemus.

aūt ppls videbat voces et lam

d pades z sonitū buccine: mōteꝫ fumantez et pterriti ac pauore

e ℱ quasi indigni accedere. ℱ formam boni auditoris describit. qui ,mittit se ꝑcepta magistri auditurum z implerurum.

concussi: steterūt procul: dicētes f

ℱ quasi doce nos. ℱ i. obediemus.

b moyſi: Loqre tu nobis z audie

g b ℱ Jn die iudicij dicens: Jte maledicti in i. e.

mus: Mō loqtur nobis dñs ne

i k a ℱ ciro potest cōtingere. b ℱ more perpetua.

forte moziamur. Et ait moyses

ℱ vobis vel aliꝭ: nō sibi qui oia nouit.

c ad populum: Nolite timere. Ut l m

a ℱ per signa z mirabilia. b ℱ initiū sapīēţ timor dñi. ℱ Si nō amore saltē timore coercīti.

eni pbaret vos venit deus: z ut

n mor dñi. ℱ Si nō amore saltē timore coercīti.

terroꝛ illi⁹ esset i vobis: z nō pec

d caretis. Stetitq; ppls de longe:

a' ℱ vbi. ſ. expressiora signa fiebāt quibus nosce

moyses aūt accessit ad caliginē o

barur deus. Nam quō in nebula erat cui celi ce

lorum non sufficiunt.

in q̄ erat deus. Dixitq; preterea

dñs ad moysen: Hec dices filijs

e isrl. Vos vidistl q ō celo locut⁹ p q r

simvobis. Nō facietl deos argē

teos: nec deos aureos facietis

accipiať a mala voluntate interioꝛi ḡ ab actu exterioꝛi: qr si nullo modo ē voluntariū: nullo modo etiā est peccatum: vt patet in amētibus z pueris.

c Cunctus aūt populus. Hic ꝺsequēter ponunť ꝑcepta data a deo mediante moyse: quia populus nō poterat amplius verba dñi loquentis sustinere. z hoc est qđ dicit: Cunctus aūt populus videbat voces. hic accipitur videre ,p audire. sensus est certioꝛ est audiuit z iō qr verba domini penetrabāt aures z coꝛda eoꝝ ita sensibiliter q̄ sustinere nō poterāt: ,pter ꝺ vtiť tali modo loquēdi. ſ. visu ,p auditu. d Et lampades. i. micātia fulgura vt dictū ē ca. precēdēti. e Et pterriti ac pa. cō. ,pter signa terribilia que videbāt. f Steterūt ,pcul. retrocedētes etiā a terminis ꝑsti tutis. g Loquere tu no. ea q̄ dñs dicet tibi. h Et audiem⁹. i. obediemus tanꝯ dei verbis. i Nō loquať nobis dñs. immediate. k Me forte moziā. qr ex fragilitate hūana dñm loquentē nō poterāt sustinere.

l Nolite timere. q. d. nō moziemini ,ppt hoc. m At enī ,pba. vos venit deus. nō est sic intelligendū q̄ ,pbaret eos ad hoc vt sibi manifestaret aliquod ignotū: sz vt p hoc appareret ipsis iudeis z aliis q̄ timerēt eū.

n Et nō pecca. qr p timoꝛe dñi declinat oīs a malo. vt dr Prouerb. xv.

o Moyses aūt accel. ad cali. in vertice mōtis: vt audiret mādata ab eo. et referret ppl⁹: qr ppls plus audire nō poterat: vt dictū ē. p Vos vidi. q̄ ō celo tē. i creatura tñ ipm repsentāte. z accipiť h celū ,p celo aereo: qr i cacumie mōtis sinai illa vox formabať. q Nō fa. deos ar. l⁹ supza ,phibuerit idolatriā: tñ hic repetit z i plurib⁹ locis aliis: vt magis imprimeret hec ,phibitio cordib⁹ coꝛ: qr scibat eos ,pnos ad idolatriam.

A z

ℭ Alta

¶ a Altare de terra ꝛc. Ostēdit iō in terdictis simulachris: altare de terre na materia cōcedit: vt vni deo hostia ꝛ sacrificia i eo offerant. Hzego. Altare de terra deo facere ē incarnatiōem christi sperare.

Tūc enī a deo nr̄m mun⁹ accipit: cū i ꝺ altari nr̄a hūilitas id est sup dn̄i ce incarnatiōis fidem poīuerit q̄cd opaī. In altari g̃ de terra ꝺblatū munus ponim⁹: vbi act⁹ nr̄os dn̄i ce incarnatiōis fide solidam⁹.

b De sectis. Isi. Secti lapides sunt q̄ vnitatē scindūt et scipos diuidūt a societate fratrū: hos in corpore suo nō recipit xp̄s: cui⁹ corpis figurā: altaris cōstructio significat. Lapides nō secti ex q̄b⁹ altare ꝟstrui debēt sūt q̄ fidez in vnitate soliḋaī de q̄bus ꝺr: Dos estis lapides viui: coedificati in dom⁹ spirituales. his nō ē iniectū ferrū: qz incorrupti sunt: ꝛ iacula maligni ignita nō receperūt. Hēs vnū altare faciūt in vnitate fidei ꝛ pcordia charitatis.

a ſ.i. fidē incarnationis filij mei habebitis. ſ fidem. b ſ humanitate christi.

a vobis ¶ Altare ō terra faciet⁹ mi a ꝛ
ſ virtutum opera.
hi: et offeret⁹ sup eo holocausta: b
ſ simplicia. ſ fortia ꝛ pfecta.
ꝛ pacifica vſa: oues vſas et bo c
ſ ecclesia. ſ. generali: nō i hereticoꝝ cōuēticulis.
ues in oīi loco i q̄ fuerit memo d
a ſ occulta inspiratiōe. b ſ corporali benedictione et spirituali.
ria nois mei. Uēniā ad te: et bḗ
nedicaz tibi. ¶ Q si altare lapide f+
ſ .i. non per heresim ꝛ scismara deum coles.
um fecer⁹ mihi: nō ędificabis il
a ſ hereticis: scismaticis.
lud de sectis lapidib⁹. Si enī le b
a ſ corruptionis vel sessionis.
uauer⁹ cultrū tuū sup eo: pollue
a ſ .i. gradus ī trunirare nō facies sic arri⁹ q̄ dic maiore patrē minorem filiū minimū spiritūsan
tur. Hōn ascendes p gradus ad g
crum docuit. ſ infidelitatis.
altare meum: ne reueletur turpi b
tudo tua.

¶ Nec sunt hic pmo danḋ decē legis pcepta q̄ sunt moralia. ppē q⁹ nō est hic alia moralitas reḋenda nisi in pcepto ꝺ obseruatiōe sabbati q⁹ est cerimoniale ęt̄um ad determinatiōē tpis sez ꝺici sabbati. q enī hō cesset aliq̄n ab opib⁹ seruilib⁹ ꝛ intendat diuino cultui morale est de dictamine iuris naturalis sed determinatio ꝺici sabbati fuit figural. Et ꝑm sensū allegoricū figurauit quietē corpis christi i sepulchro. Scōm Ro sensuz moralez significauit quietē hois in deo ꝛ cessatiōem a pctō. Scōm Ro sensum anagogicū figurauit quietē beator⁹ in patria celesti. Scḋo ponunt quedā alia cū ḋicit: q¹ Hō faciet⁹ deos argenteos nec deos aureos facietis vobis. Hoc enī faciunt cupidi ꝛ auari qui totā spem suā in talib⁹ ponūt. q⁹ sanct⁹ Job excludit a se ꝛ sibi similibus. ꝺ. xxxj. ca. Si putaui aurū robur meū ꝛ si obrizo ḋixi fiducia mea ꝛc. ꝛ ponitur hic si ꝑ nō.

a Altare de terra facietis mihi. Per terrā q̄ est infimū elementū humilitas ꝺesignat in q̄ deo facta oblatio acceptat. Dañ. ij. In animo contrito ꝛ spū humilitatis susciplamur.

f ¶ Q si altare lapideū feceris mihi nō edificabis illud ꝺ lapidib⁹ sect⁹. ꝑ firmitatē lapidū firmitas fidei ꝺesignat: ꝛ q̄n sūt plures articuli fidei iō ꝺr lapidib⁹ i plurali. ꝛ qz sunt integre renendi sic tenet ecclesia absq̄ scissione hereticа vt scismatica. iō ḋicit: Hō edificabis illud ꝺ sectis lapidibus. cui⁹ contrariū faciūt hereticі et scismatici. ¶ In ca. xx. vbi ḋicit in postilla: Circa primū sciendū q⁹ doctores nostri ꝛc.

## Additio. j.

Circa expositionē decalogi postillator nimis ḋreuiē videt se expedire: doctores tn̄ nr̄i ꝑter mysticas expositiōes: ḋe q̄b⁹ plurima in gloc̄i habent plima notabilia ꝛ magne attētiōis ad sensuz lr̄ale ꝑtinētia in hac materia tradūt: vt ꝑtz i pma scḋe. q. c. in qua multi articuli ḋe hac materia habent. similr scḋa scḋe. q. cxij. ꝑ totū. vñ q ḋe ꝺ ca. vult plenius instrui videat ibidē. Ad pñs tn̄ circa ea q̄ ḋe hac materia i postilla ḋicunt: occurrūt q̄dā q̄b⁹ videt aliq̄ rōnabiliter addendū. Quoꝝ ꝑmus est: q⁹ postillator: resitat opinionez doctoꝝ nr̄oꝝ: q⁹ nō ḋebis deos



## Moraliter.

a Altare de ter. fa. mihi. Ꝺ pecpit i detestatiōez idolatrie: q: idolatre faciebant altaris valde solēnia de marmoriḃ⁹ ꝛ metallis: ꝛ itelligit Ꝺ de altari holocausti: vbi crebabant hostie: q: altare incēsi fuit de lignis sethim ꝛ optū auro. vt habet. j. xxx. ca. iō sequit: b Et offe. su. eo holo. i. victimas: q totalit icendebant ad honoꝛ ḋei.

c Et pacifica vſa. i. hostias q̄ offerebant ꝑ aliq̄ bñficio dei obtēto vl obtinēḋo. q̄z vna ps incēḋebat. altera erat sacerḋotū. ꝛ alia offerēt⁹: vt co mederēt coīa dn̄o. d Oues vſas ꝛ bo. de istis enī alalib⁹ vt plurimū fiebāt sacrificia. e ¶ In oīi loco. ꝛc. iste loc⁹ sacrificij nō poterat ee nisi vn⁹ ad vitandū piculū idolatrie: ad quā populus indeoꝝ erat ꝓn⁹: ad quā ꝺclinassent facili si vbiq̄ potuissent sacrificare. Si aūt aliq̄ sancti sacrificarent alibi: Ꝺ fuit ex causa spāli ꝛ diuina reuelatiōe. sic ḋauid ex iussu gad ꝓphete in mōte moria añ⁹ tēplū ibi fundaret. ꝓt appitionē ą̄geli ibi facta. vt ḃr. ij. Reg⁹. xxiij. Et helias i mōte carmeli ad zuinēḋū ꝓphas baal. vt habet. iij. Regū. xviij. Loc⁹ ät deputat⁹ diuino sacrificio p⁹ igressum filioꝝ isr̄l in terrā ꝓmissiōis ꝑmo fuit i sylo: vbi fuit tabnaculū positū ꝛ altare holocaustoꝝ. ꝛ ḋestructa sylo trāslatū ē i nobe. ꝛ ḋestructa nobe ꝑ saulē trāslatū ē in gabaon postea i hierlm vbi fuit fundatū tēplū: tn̄ i singlis vbib⁹ erāt loca q̄ ḋicebant synagoge: vbi zueniebāt ad laudāḋū ḋeum ꝛ ad audiendū legem. ¶ Q si al. lapi. fece. mihi. poterat ei eē ō ẽra vt ḋictū ē. vl ō lapidib⁹ nō ḋolat⁹ tn̄: q⁹ fuit i stesta tionē idolatrie: vbi fiebāt altaria ō marmoze sculpto ꝛ polito: ꝛ ne ꝑ talē sculpturā iḋucerenk paulatī ad sculpēḋū imagies. Q ät ḋictū ē ꝺ q altare holocaustoꝝ ḋebeat eē ō ẽra vl lapidib⁹ nō sect⁹. nō est ꝛra illud q⁹ ḋr. j. xxv. ca. q altare holocaustoꝝ ꝓcipit fieri de lignis sethim opertis ere: q: illud altare fuit ḋe terra vt videbit⁹ q̄n erimus ibi. g Hō ascē. ꝑ gra. ad altare meū. fiebat vt ḋicit Ra. Sa. quiḋā ascensus ablq̄ gradiḃ⁹ paulatim ascendēḋo: q̄m altare erat ita altū q̄ sacerḋotes sine ascēsu nō poterāt ibi ministrare. h Ne reue. tur. tua. vſus ei femoralium aḋhuc nō erat introductus: sed postea fuit iniunctus sacerḋotibus quāḋo ministrarent. vt habet infra. xxviij. Ḋicunt etiam aliqui q̄ hoc fuit ḋictum in ḋetestationem idolatrie: quia in sacris ꝓtiapi sacerḋotes ascenḋebant per gradus ad altare: ꝛ tūc in alto positi vñ poterāt a circūstantiḃ⁹ viḋeri ḋiscooperiebant vereḋa sua. Ꝑriapus enī fuit quiḋā iunenis q̄ a gentilib⁹ reputabāt gentiles q̄ḋ diuinū. Et ḋicebāt iste ꝓiap⁹ ḋe⁹ hoꝝ. ꝓt fecūḋitatē q̄ signat in mēḃro generatiōis. Iuḋei enim ꝓni erāt aḋ idolatriā. ꝛ iō in ꝺ ꝛ in aliis q̄ ꝑtinēt aḋ cultū ḋei ꝛ obseruātias cerimoniales elonganḳ a ritu idolatraz: ꝛ trarios modos ꝑcipiendo. ꝛ modos idolatraz inḃibendo: vt videbit⁹ in sequētiḃ⁹.

## Additio

ḋis deos alienos ē ꝑmū ꝑceptū ḋecalogi. Sil⁹ recitat opinionē hebreoꝝ ḋicētiū q⁹ ꝑmū ꝑceptū ē: Ego sum ḋns ḋe⁹ tu⁹ ꝛc. Scōm Ro ꝑceptū apud eos est: Non habebis deos alienos. Quas opiniōes ponit indistincte ac si vtraq̄ illaz posset rationabilit teneri: q⁹ nō videt zuenienē ḋictū. l. vt in nūeratione ḋecalogi i q̄ ꝑcepta legis ꝓncipalia cū tāta solennitate a deo tradunt doc. nr̄i a rōne deuiassent. ¶ Ad cui⁹ ḋeclarationē attendēḋa sūt duo: ꝑmū ē q⁹ plan⁹ sensus lr̄e ꝺocḋat manifeste opinioī doctoꝝ nr̄oꝝ: ꝑm q⁹ motiua hebreoꝝ ꝛtrariū asserētium nō valēt. Ꝑrimū ptz: nā i ꝺ q⁹ ḋr: Ego sū ḋns ḋe⁹ ꝛc. nullū verbū ꝓcptiuū seu impatiuū ponit: sed solū sunt q̄ḋam ḋicta ḋenūciatiua: q̄ḃ⁹ ḋenūciat pplo: q⁹ ipe q̄ loquit est ḋeus q̄ eos eduxit ḋe captiuitate: nihil in ꝺ eis ꝓcipiēḋo: vt ptz manifeste intuēti. In ceteris ℞o ḋe ḋecalogi ꝑcepti manifeste ponūtur ℞a māḋatiua: vt ptz i negatiuis cū ḋr: Hō habebis deos alienos. Hō aḋorabis ea: neq̄ coles. Hō occides. Hō mechaberis ꝛc. In affirmatiuis ℞o cū ḋicit: Memēto vt ḋiē sabbati sanctifices. Honoza patrē tuū ꝛc. In ꝺ aūt q⁹ ḋicit: Ego sum ḋns ḋe⁹ tu⁹ nihil hoꝝ ponit. vñ illa verba nō sūt ꝓcepta nec ꝑtiua: ꝛ solū ḋenūciatiua: vñ nō ḃeḃēt inī ꝑcepta numerari. Scḋo ptz: nā motiua seu rōnes coꝝ quib⁹ nituṅ mutare sentētiā ꝺictoꝝ ℞oꝝ q̄ est plane ḋenūciatiua in sniam ꝓceptiuā sūt ḋno. Unū ē q⁹ ad omia ꝑcepta diuina obseruāda oportet ꝓsupponere vt ḋicit ꝛ rōnabilit vt videt: q⁹ credatur absq̄ ḋubietate q⁹ ille q̄ loq̄bat seu ꝑcipiebat erat ḋe⁹ suus. q eos eduxerat ꝛc. q ḋē credulitas seu fides erat potissima rō obligāḋi eos ad obseruāḋa ei⁹ ꝑcepta. vñ cū ḋr: Ego sum ḋns ḋe⁹ tu⁹ ꝛc. ꝓcipit ꝑm eos affirmatiue: vt ḋicit q⁹ ꝺ firmiter credak. l. q ille q̄ loq̄bat seu ꝑcipiebat erat ḋe⁹ qui eduxerat ꝛc. quā q̄ḋ rōnē ponit abēḃaçra i sua glo. ꝛ videt hr̄e fundamētū: inī illud apli ad ℍeb. xj. Accedentē ad deū oportet credere q: ē ꝛc. Alij aūt ḋicūt q⁹ i ꝺ q⁹ ḋicit: Ego sum ḋns ḋe⁹ tuus. ꝓcipit affirmatiue: q⁹ ille ḋe⁹ qui loquebat. l. q̄ eos eduxerat de seruitute egypti ḃaberet ab eis i deū: ita vt mādata ei⁹ te

a triginta annis ⁊ supra vsq̃ ad annos q̃nquagita. Numera oes qui ingrediuntur ⁊ ministrant in tabernaculo fẽderis. Hoc est officiũ familie gersonitarũ vt portent cortinas tabernaculi ⁊ tectum fẽderis operimentum aliud: et super oia velamen hiacynthinũ: tentoriumq̃ quod pendet ĩ itroitu tabnaculi fẽderis: cortinas atrij ⁊ velum in introitu q̃s aũ tabernaculũ. Oia que ad altare ꝓtinent funiculos ⁊ vasa ministerij iubẽte aaron et filijs eius: portabũt filij gerson ⁊ sciẽt singuli cui debeãt oneri mãcipari. Hic cẽ cult⁹ familie gersonitarũ in tabernaculo fẽderis. Erũtq̃ sub manu ithamar filij aaron sacerdotis. Filios quoq̃ merari ꝑ familias et domos patrũ suoꝝ recense bis a triginta annis et supra vsq̃ ad annos quinq̃ginta oes qui ingrediunt ad officiũ ministerij sui: ⁊ cultum fẽderis testimonij. Hec sũt onera eoꝝ.

a Sup q̃s erat eleaçar. Dicit⁹ est ca. precedenti q̃ erat sup oes leuitas: dicẽdum q̃ erat sup caathitas imediatate: sz sup gersonitas ⁊ meraritas erat mediate. b Ad cui⁹ pti net curã oleũ tc. Dic Ra. Sa. q̃ portabat illud ĩ manu dextera. c Et cum positionis incensum. in sinistra. d Et sacrificiũ qõd semp offert. i. oĩ die de q̃ dictũ fuit Exo. xxix. portabat ĩ brachio q̃tum requirebat ꝓ ipa die ad offerendum in hoza quietis castroꝝ. Sequitur:

c Alij nulla curiositate videant que sunt in scriptũ ꝓiusq̃ inuoluantur. Et ideo erat eis inhibitũ ne intrarent tabernaculũ donec omnia essent inoluta: nec experimenta aliq̃ modo retraherent ad videndum ea que essent interius. f Alioquin morientur. sic. j. Reg. xvj. Bethsamite mortui fuert eo q̃ viderunt arcam dñi nudam. g Locutusq̃ est dñs. hic describuntur onera gersonitarum. cum dicitur: Tolle summã etiam filioꝝ gerson. Seqũt: h Ut portent cortinas tabernaculi. que sunt de quattuor coloribus.

i Et tectum federis. i. opimentũ de sagis.

k Operimentum aliud. scilicet de pellib⁹: ista aũt exposita sunt Exo. xxvj.

l Et velum in introitu tc. In hebreo habet sic: Velum ostij atrij quod ẽ ante tabernaculum et altare per circũitũ: ⁊ hec videtur verior littera: vt dictum est ca. precedenti.

m Funiculos ⁊ vasa ministerij. In hebreo habet Funiculos ⁊ vasa ministerij sui. Et accipitur hic vasa. i. instrumenta sm modum loquendi hebraicũ. vñ ⁊. j. Reg. xx. vbi dicit de ionatha q̃ tradidit puero arma sua. In hebreo habet: vasa sua. Vasa. n. quibus ministrabatur in altari incẽsi ⁊ in altari holocaustorum portabãt caathite vt predictum est: sz gersonite portabant istrumenta que pertinebãt ad officia sua sicut martellos ⁊ cauillas quibus funes cortinarum ⁊ aliorum opimentorum tabernaculi figebantur ⁊ similia.

n Eruntq̃ sub manu ithamar. immediate: sed sub eleaçar mediate.

o Filios q̃s merari. hic describũt onera meraritarum

Et Dauid regnū:qđ septuaginta.i. ppetua q̄ete dign⁹ cōpleuit. Et Ezechiel ꝓphetic dona ꝑmeruit. Et q̄a p fidē aduersa debent longanimiter ferri:et premia sublimiter sperari:arcē vel tēpli altitudo:et tabernaculi longitudo.xxx.cubitis mēsuratur.

a Quinquaginta tē. In hoc q̄s lvbrō de hostium spoliis quidam offerunt dona dei quinquagesimam portionē:qui non ꝓcesserūt ad bellum Quidā vero quingentesimam. In

Gen.18.c geneſi quoq; vbi deus tractabat de indulgentia sodomoꝝ:si forte posset ad veniā puenire:hmōi mysteriozū ꝓsciꝫ abzaā a q̄nquagesimo numero cepit ꝓ indulgentia dño supplicare dicens:Si inuenti fuerint quinquaginta in ciuitate nō saluabis ꝓpter q̄nquaginta ciuitatē tē. Optet ergo opari leuitas in sanctis vsq; ad q̄nquaginta annos. Inferiozes quidez opera meliozes vero opera operuz. Doꝝ aūt supiozes spiritalib⁹ officiū deseruire:ꝛ introire in sancta sctōrū ꝛ ibi opire que opienda sūt:et tradere filijs caath portāda hūeris ꝛ manibus euehenda. b Oēs qui ingrediunt tē. Origē. Dicit de leuit̄ q̄ operenk a.xxv.anno ꝛ supra:vsq; ad quinquagesimū annū. Oīs inq̄t q̄ ꝓcedit ad opus opeꝝ:ꝛ ad opera que portantur tabernaculi testimonij tē. Nota distinctionē ꝫmonum. Ubi de operibus filioꝝ israel loquitur:nō dixit opera operum: sed sola opera. vbi vero de officijs leuitaruz dixit opera operum. Sicut cū sunt sancta:ꝛ sanctaſctōꝝ sic sūt opera:et opa operum. Unde mihi videtur q̄ moyses vbi sensit esse quedam opa visibilia q̄bus inesset mystica intelligentia:hec nō solū opa:ſz opa opm dixit. Que vero cōia ꝛ pñtis tpis ĩtelleꝛit:hec tm̄ opa nolauit. Sunt ergo opa opeꝝ (sicut in pñti lectiōe vł in exodo ꝛ in ceteris locis sub occultis ꝓcipitur mysterijs ꝛ partim in p̄senti:ꝛ partim in futuro explendis) q̄ nō cuilibet:sed solis leuitis tradēda mandant̄.s.a.xxv.anno:vsq; ad q̄nquagesimum.qz in.xxv. sensuum quinq; pfectio declaratur:vt q̄nquies quina numerantur. Quod indicat cum vocari ad opera operum in ministerio peragenda:qui oñi parte multiplicatis ꝛ purificatis sensib⁹ inuenitur perfectus. c Ad annuz quinqua. Quinquagesim⁹ aūt annus remissionē ꝛ indulgentiā sig-

Leui.25.b nificat. Hā quinquagesimus ann⁹ est qui inbileus apud hebreos dicit in quo possessionum seruitutis ꝛ de-

Ibidē.23.c biti fit remissio. Et quinquagesim⁹ dies post pasca festus traditur in le-

Luc.7.f ge. Et dominus in euangelio indulcēs debitozes cū pabolā remissionis ꝛ idulgētie doceret:vnū in q̄ngēti ꝛ aliū in q̄ngent̄ denarijs fuisse dic obnoxios. Quinq̄gita āt ꝛ q̄ngēti: cognatus est numerus. Decades.n. quinquaginta faciunt quingentos.

Aliter quoq; hic numerus sacratus est. Septem enim septimanis si addatur vni⁹ numeri perfectio quinquaginta faciunt dies. Septuaginta quoq; septimanis:si addaſ vni⁹ decade ꝓsūmatio fiūt q̄ngenti.

Omnem

Portabūt tabernaculi tabulas a ꝛ vectes eius:colūnas et bases b earū:columnas quoq; atrij per circuitum cū basibus ꝛ paxillis ꝛ funib⁹ suis. Omnia vasa ꝛ supellectilem ad numeꝝ accipiēt: sicq; portabūt. Hoc est officium † familie merarit̄ꝝ ꝛ ministeriū in tabernaculo fœderis. Eruntq; sub manu ithamar filij aarō sacerdotis. Recēſuerūt igit̄ moyses ꝛ aarō ꝛ ꝓncipes synagoge filios caath p ꝛgnationes ꝛ domos patrū suoꝝ: a triginta annis ꝛ supra, vsq; ad quinquagesimū omnes qui ingrediuntur ad ministeriū tabernaculi fœderis:ꝛ inuēti sūt duo milia septigēti q̄nquaginta. Hic est numer⁹ populi caath q̄ itrat tabernaculū fœderis. Hos nūerauit moyses ꝛ aaron iurta ꝫmonē domini p manum moysi. Numerati sunt ꝛ filij gerson p ꝛgnationes ꝛ domos patrū suoꝝ a triginta annis ꝛ supra: vsq; ad annum q̄ngesimū:oēs qui ingrediunt̄ vt ministrēt i tabernaculo fœderis:ꝛ inuēti sunt duo milia septēgēti triginta. Hic est populus gersonitarū q̄s numerauerūt moyses ꝛ aarō iurta verbū domini. Numerati sunt et filij merari p cognatiōes ꝛ domos patꝝ suoꝝ a triginta annis ꝛ supra vsq; ad annū quinquagesimū. oēs q̄ ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis:ꝛ inuenti sūt tria milia ducēti. Hic ē numerus filiozū merari quos recē

§ Als

suerūt moyses ꝛ aarō iurta ꝓcꝫ imperium.

ceptum domini p manū moysi: Oēs qui recensiti sūt de leuit̄: et quos fecit ad nomen moyses ꝛ aaron ꝛ principes israel p cognationes ꝛ domos patrum suozum a trigita āniſ ꝛ supra: vsq; ad annū q̄ngesimū ingredientes ad ministeriū tabernaculi ꝛ onera portanda: fuerunt simul octo milia quingēti ꝛ octoginta. Iuxta verbū dñi recensuit eos moyses vnūquēq; iurta officiū suū ꝛ onera sua: sicut ꝓceperat ei dominus.

## Ca.IIII

## Moraliter

a Mocut⁹ est domin⁹ tē. In b capō describunt officia leuitaꝝ in motu castroꝝ ꝓmo caathitaꝝ cū dicitur: d Hic est cultus filiozuz caath. Per qđ significant sacerdotes noue legis vt ꝓdictū est. ipi vero portabant arcam testamenti:mensā:candelabꝝ:altare īcē si ꝛ altare holocausti:ꝓ que q̄nq; significant q̄ debent esse in sacerdotib⁹ noue legis. Primū est sacre scripture noticia arcā testamēti significata. Malach.ij. Labia sacerdotis custodiunt sciam ꝛ legem ex ei⁹ ore rędrent:qm̄ angel⁹ dñi exercituū est. Scām est verbū doctrie qđ p mensam significat.nā in hac mēſa panis spūalis ꝓponit. Deutro.viij. Non in solo pane viuit hō: sed in oi ꝛbo qđ ꝓcedit de ore dei. Tertiū est lumen exēplaris vite qđ significat per cādelabrū. Matth.v. Nemo accendit lucernam ꝛ ponit sub modio:sed sup candelabꝝ vt luceat omnib⁹ qui in domo sunt. Quantum est odor oꝛonis deuote ꝛ significat p altare incensi. Ps̄.cxl. Dirigatur oratio mea sic incensū in cōspectu tuo. Quātum est rigor discipline ꝛ significat p altare holocausti Rom.xij. Obsecro vos p miſericordiā dei vt exhibeatis corpa vestra hostiā sanctam deo placentē tē.

† Hoc ē officiū familie gersonitarū. p quos clerici significant̄ vt supra dictum est. ipi portabant cortinas ꝛ vela tabernaculi opimenta ꝛ funes. p q̄ tria significant̄ q̄ debēt in clericis esse. Primū ē ornamentum spirituale quattuoz virtutum cardinalium quod significatur per cortinas et vela que texebantur ex quatuoz coloꝛibus. Secundum est charitatis connexio:que significatur per funes Tertium est exterioꝝ honestatis conuersatio:que per operimenta tabernaculi significatur. † Hoc est officium familie merarit̄rum. per quos significantur religiosi. ipi em̄ portabant dura scilicet tabulas:vectes: columnas ꝛ bases. tabule vero simul coniuncte per vectes et bases faciebant parietes tabernaculi sicut habetur Exo.xxvj. per quod datur intelligi q̄ religiosi docendo populum verbo ꝛ exemplo et pro bono statu populi deprecando dati sunt a deo q̄si murus defensionis post ꝓlatos ecclesie populo christiano. ꝓpter quod de malis religiosis dicit Ezech.xiij. Nō ascendistis ex aduerso neq; opposuistis vos murū pro domo israel. Per columnas vero significatur q̄ ipi sunt vocati i partez sollicitudinis ad suppoꝛtandum on⁹ ecclesie:ꝛ b ex fraterna charitate:prelatis autem hoc conuenit ex officij auctoritate. Per hoc autē q̄ onera leuitarū dispōnebantur per filios aaron mitra-

tos vt habetur Exo.xxviij. sub patre suo: datur ītelligi q̄ omnia ecclesie officia per summū pontificē ꝛ prelatos ecclie sunt disponenda. Item per hoc q̄ omnia predicta portabāt velata: significat q̄ opera bona sacerdotū/clericorum et religiosorum agenda non sunt ad ostentationem suam: sed ad dei laudem ꝛ primi edificationez: ita q̄ opera sint. in aperto tamē hec intētio maneat ĩ secreto cordis. Hzego. Homel.xxxvj. Sic autez sit opus in publico quatenus intē tio maneat in occulto: vt de bono opere ꝓximis ꝓbeamus exemplum: et tamen in intentione qua soli deo placere querimus semp optem⁹ secretū. Ca.V

## Ca.V

Mocutusq; ē dominus. Descꝛpta dispositione populi. b consequenter describitur remotio impedimēti. impeditur autem per corruptionē immundicie corporalis: iniusticie: et suspitionis. Et ideo primo tollitur corporalis īmunditia. secundo corrigit̄ iniusticia. ibi: Locutusq; est dominus. tertio examinatur diffidentia. ibi: Locutusq; est. Circa primū tangitur triplex immundicia de castris tolleāda:scz leprosorum: seminiſluoꝝ ꝛ super mortuos pollutorum. cuz dicitur: b Ꝓcipe filijs israel vt ejiciant de castris tē. Dicit Ra. Sa. q̄ſz tot⁹ exercit⁹ israel diceret castra generaliter:tamē in speciali erant ibi tria castra. Prima erant tabernaculū et atrium circa ipm et dicebant castra deitatis: tum qz ibi colebatur de⁹: tū quia ibi cum moyse loquebat̄. Secūda erant habitationes leuitaꝝ circa atrium. put descripte sunt supra. iij. ca. Tertia erāt reliq̄ populi habitatiōes. Dicit igitur q̄ leprosi ejiciebant̄ extra tria castra p̄dicta ne inficerent alios: quia lepra ē morbus infectiuus aliozū: seminiſluj ejiciebant̄ de duobus primis: quia ibi requirebatur maioꝝ mundicia: sed ꝓmittebant̄ habitare in castris populi: quia non ē morbus infectiuus aliozꝝ. Polluti autem ex tactu mortui ejiciebantur ex ꝓmis castris: quia nō erat eis licitum ingredi atrium vbi vigebat cultus diuinus donec essent mūdati ꝓpter dei reuerētiā: permittebantur tamen esse in castris populi ꝛ leuitarū. c Locutusq; est domin⁹. Hic cōsequenter remouet̄ impedimentum qđ est iniusticia: que turbat pacem cōmunitatis. ꝛ maxime in retentione rei aliene. Et primo agitur de retentione rei non sacre. cum dicitur:

d Uir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis q̄ solent hominibus accidere. illa que cōmunius accidūt sunt circa defraudationem aliozum. e Et per negligentiam transgressi fuerint. negligendo custodire mandata dei. f Confitebunt̄ peccatum suum. non violētia testium: quia tunc tenerētur reddere duplū: vt habetur Exo.xxij. Sed lex ista loquitur in casu in quo aliqs penitentia ductus vult facere satisfactionem ꝓximo. g Reddent ipm caput. i. ipsum debitum. h Quintā q̄s pārtem desuper ei in quem peccauerūt. i. primo quē defraudauerant. ꝛ ista pars quinta superaddit̄ ꝓpter damnū qđ habuit ex rei sue detentiōe: et vt boies essent minus proni ad retentionem rei aliene. i Sin autem nō fuerit qui recipiat: id est debeat reciperi: sicut ē in restitutione vaga. k Dabunt dño et erit sacerdot⁹. cōuertendo in vtilitatem suam quia de restitutiōe vaga debet minister dei ꝛ pauper sustentari. l Excepto ariete qui offertur ꝓ expiatione. peccati ipius defraudantis.

Ca.V

a Dēm leprosū. Allego. Rab. Leprosi sūt heretici varijs peccatoꝝ maculis polluti: non habentes vniformem colorē doctrine vel fidei: nec abscondunt imperitiam: sed ostendunt. Nulla ꝛo falsa doctrina est que non aliqua vera aliquando admisceat. Uera ergo falsis permixta in aliqua disputatione vel narratione cuiusli-

a ꝑ ecclesie ne viram polluant innocentium.

b ꝑ hereticum.

a ant de castris omnem lepꝛosum:

a ꝑ supfluis cogitatiōib⁹ abundat. ꝑ qui scz luxu carnalium desideriozū estuat. b ꝑ opere.

et qui seminē fluit: pollutusq; est

a ꝑ qui. s. mortuoꝝ in peccatis impietatē et exempla sequitur: et eoꝝ sordibus inquinatur.

super mꝛtuo: tam masculū q̄m fe

ꝑ ecclie. ꝑ cōragione mo

minam eijcite de castris ne cōtarum. a ꝑ nocentes cum innocentibus.

minent eā cum habitauerint vobiscū. Feceruntq; ita filij israel:ꝛ eiecerūt eos extra castra: sicut locutus erat domin⁹ moysi. Locutusq; est dominus ad moysen dicens: Loquere ad filios isr̄l: Uir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quę solent hoibus accidere: et per negligentiā transgressi fuerint mandatuz domini atq; deliquerint: cōfitebunt̄ peccatum suum et reddent ipsum ca

a ꝑ id est eo sensu corporis quo malum intulim⁹: bona reddere studeamus.

put: q̄ntāmq; partem desuper ei in quem peccauerint. Sin autem non fuerit q̄ recipiat dabūt dño et erit sacerdotꝫ: excepto ariete q̄

Exo.22.b Aug⁹. Queritur quomodo in Exodo legitur: Si quis furatus fuerit vitulum aut ouem restituere debet quinq; vitulos: vel quattuoz oues: si occiderit vel vēdiderit. Si autez quod abstulerit saluum apud eum inuenietur: duplum esse restituendu: cum hic restitui iubeat caput et quintam? Q̄d longe est etiam a duplo quāto magis a quadruplo: vel q̄nquies tāto. Nisi forte quia hic ait: Uir aut mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis. Peccata ignorantie voluit intelligi peccata humana. Fieri enim potest vt per negligentiam traiiciat homo rem alienam in rem suaz: quod ideo peccatum est: quia si diligenter attenderetur: non admitteret. Et hec voluit capite et quinta restitui non sicut furta multari. Hā si furta et fraudes bic intellexerimus que non per ignorantiam: sed furandi et fraudandi animo cōmittūtur. et ideo dicta humana que in homines fiunt: tunc ille (ni falloꝛ) erit exitus questionis huius: vt ideo qui fecit non reddat quadruplum qz non reꝛpehēditur: vel conuincitur: sed ignorantibus a quo factum sit: vel vtrum factum sit: ipe annunciet delictum suum. Cuz enim dixisset: Uir aut mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis: et despiciens deliquerit: id est contemnendo commiserit ista: adiunxit: anima illa annunciabit peccatum suum qđ peccauit: et restituet delictuz: caput ꝛ quintas eius. Forte ergo tm̄: quia annunciauit. et ideo non eo dam no plectendus fuit quo furem comprehensum vel connictum plecti oꝛtet. d Excepto ariete. Arietis oblatio christi passionē significat: in qua maxime cōfidimus: quia sine eo nihil possumus. Ipse

Job.15.a est sacerdos q̄ nos patri per oblationē carnis sue reconciliat. Ideo

Illi munera



non solū

illi munera nostra offerimus quo intercedente veniam mereamur. a Ad sacerdotē Christum ſcz cui dicitur: Tu es sacerdos in eternum ſm ordinē melchisedech. Eiꝰ ſcz iudicio cuncta referuāt: ne forte iudicet rē incertā. Unde: Molite ante tēpus iudicare q̄ adueniat dominus rē.

b Farie hordeacee. Rab. Farina hordeacea ſcientiā veteris legis ſignificat: q̄ bene hordeo cōparatur. Quia ſic hordeus magno labore a paleis purgatū adfarinam perducitur: ita littera legis ſpirita mola diſcretiōis farinaz ſenſus ſpiritalis emittit: et recte decia ps ſati offertur: qz lex decem preceptis cōſtat cuiꝰ decia ps quodlibet mandatuz eſt: cōtra quod prauа uoz egiſſe dicitur. Offertur ergo mulier ſacerdoti cū oblatione decime partis eum christi iudicio ſm legem diuinitꝰ data damnanda aut liberāda reſeruaſ. c Nō infunder. Rab. rē. Non decet oleo adulatiōis vſ idiſcrete miſericordie nec thure ſuperflue laudis: vel inordinate orationis i penitentes liniri: ſed celo iuſticie ſm preceptū domini vitiū inſtāter et ordinate perſequi.

d Aquam ſanctā. Iſtuic aque miſcet ſacerdos pauxillum terre de pauimēto tabernaculi cū christi decreto cōmorato patriarcharum ꝓphetarum et apoſtolorum ītromiſſa

a ſ parri. b ſ humani generis.

offertur ꝓ expiatione vt ſit placabi
a ſ bone voluntatis verborum et operū.
lis hostia. Omneſ quoq; primitie a
a ſ veri iſraelite qui mente deum aſpiciunt.
b ſ qui ſeipm ꝓ nobis obtulit ſpōte. ſ nō ad aliū.
quas offerūt filij iſrael ad sacerdo b
ſ ecclesia.
tē pertinent: et quicqd in sanctua c
ſ parri.
riū offertur a singulis et traditur b
a ſ christi: q̄ ad eius dignitatē et gratiā pertinet quicqd in ecclesia offerē.
manibꝰ sacerdotis ipius erit. Lo/ c
cutus est dns ad moysen dicens:
Loquere filijs iſrl et dices ad eos:
ſ docto. a ſ subditus qui magiſtro in omnibus obedire debuit ſicut uxor viro ſuo.
†Uir cuius uxor erraverit maritū † d
ſ hereticis. ſ. ſe cōmiſcens.
q̄ cōtemnēs dormierit cuz altero
ſ vel de
viro: et hoc maritus cōprehēdere
ſ fornicatio fidei.
nō quiuerit: sed latet adulteriū et e
a ſ iudiciario. ſ. ordie cōiuncti. b ſ a vero magiſtro
tēſtibꝰ arguī nō poteſt: quia non
a ſ aperto. ſ. actu hereſis.
est inuenta in stupro: ſi ſpiritus ze f
a ſ Zelus. ſ. iuſticie et ouis perdite. b ſ legitimū magiſtrum.
lotypię concitauerit virū contra
ſ hereſi.
uxorem suā quę vel polluta ē vel
falsa ſuſpitiōe appetitur: adducet f
a eaz ad sacerdotē: et offeret oblatio g
b nē ꝓ illa decimā ptē ſati farinę hor h
a ſ adulationis vel indiſcrete miſericordie.
deaceę. Non fundet sup eā oleū: i
nec imponet thus: quia ſacrificiū k
ſ qz diuino iudicio iudicanda ſeruatur.
adulterium. Offerēt igitur eam ſa l
cerdos et statuet coram domino m
ſ diuinā ſapiaz cōphenſā. ſ. in vili littera legis.
assumetq; aquā ſanctaz in vaſe fi/ n
ctili: et pauxillum terre de pauimē o
to tabernaculi mittit in eā. Lunq;
ſteterit mulier in cōſpectu domini p
diſcooperiet caput eiꝰ: et ponet ſu/ q
per manus illiꝰ ſacrificiū recorda/
tionis: et oblatiōez ęlotypię. Ipe r
a ſ peccati vindictā oſtēdentes.
aūt tenebit aquās amariſſimas i s
quibus cū execratione maledicta
congeſſit: adiurabitq; eā et dicet:
Si nō dormiuit vir alienꝰ tecum: t
et ſi non polluta es deſerto mariti
ſ vel non renebunt.
thoro: nō te nocebūt aḡ iſte ama/
riſſimę i q̄s maledicta congeſſi. Sin
autē declinaſti a viro tuo atq; pol
luta es: et cōcubuiſti cuz altero vi
ro: his maledictionibus ſubiace/
bis. Det te dominꝰ in maledictio/ v

non ſolum enim peccauerat contra ꝓximū ipſum defraudando ſed etiam contra deū mandatum ipius transgrediendo. et ideo ſicut per reſtitutionē fiebat ſatiſfactio hominis: ita per oblationem arietis ſacrificiū ipi deo. de qua oblatione habetur Leuit. v. Secūdo agitur de reſtitutiōe rei ſacre: quia primitie et decime quodāmodo inf res ſacras cōputantur: quia determinantur per legem deberi dei miniſtris. cum dicitur: a Omnes quoq; primitie quas offerunt filij iſrael. i. offerre tenentꝰ: vt habetur Exo. xxiij.

b Ad sacerdotem ptinent. dixerat enim in Exo. q̄ debebant offerri in domū domini: et nō determinauerat ſcriptura cuius eſſent. ideo hic exprimit q̄ ſunt ſacerdotis. et ideo ſi aliquid fuerit retentum de eis debet ei reſtitui. Sequit:

c Et quicquid in ſanctuario offerī a ſingulis. hoc nō pōt intelligi de omnib⁹ oblatis generaliter: quia aliqua totaliter incēdebantur ad honorem dei: vt holocauſta: et aliqua ſm partem: ſicut hoſtie ꝓ peccato: cuius pars non incēſa remanebat ſacerdoti. et hoſtia pacifica: cuius vna pars incendebatur: et aliam comedebat offerēs: et alia remanebat ſacerdoti. et ideo dicēdū q̄ intelligitur de primitijs que debebant dari ſacerdotib⁹ ex determinatione legis: vt habetur Deutero. xviij. et ideo ſi aliquid erat detentuz debebat ei reſtitui. Unde i hebreo habet: Que vir ſanctificanit eiꝰ erunt. i. ſacerdotis: et intelligitur ſanctificata per determinationē legis: vt primitie. vel ꝓ votum: ſicut ſi aliquis ꝓmiſit dare aliquid miniſtris dei.

d Et traditur manibꝰ ſacerdotis. per hoc intelligit q̄ ſacerdos non poterat talia accipere et tollere violēter de domibꝰ dominozū: ſed ſolum accipiebat ab alijs ſibi tradita.

e Locutusq; ē dominꝰ. Hic cōſequēter amouet ſuſpitio adulterij quod turbat pacem inter virum et uxorē et per cōſequens totam familiaz. Et primo circa hoc ponit caſus. ſecūdo examiatio eiꝰ. ibi: Adducet eā. tertio effectus. ibi: Quas cum biberit. Circa primū dicit Ra. Sa. q̄ iſtud hic dictuz de ſacrificijs ęlotypie immediate ponitur poſt illud qđ dictum eſt de retentione primitiarū: ad deſignādū q̄ qui in hoc defraudat ſacerdotem meretur vt confuſibiliter appareat coram ſacerdote adducendo uxorē ſuam ꝓ adulterij ſuſpitione. et hoc eſt qđ dicitur: Uir cuius uxor erraverit rē. et patet littera.

f Adducet eam. Hic ponitur examinatio dicte ſuſpitiōis per ſacrificium ęlotypie. eū dicitur:

g Offeret oblationem ꝓ illa. ſcz examinanda.

b Decimam partem ſati farine. nō dicit ſimile: quia ē farina delicatiſſima et purgatiſſima ſicut i aliis ſacrificijs: qz iſtud ē vile.

i Hordeacee. non triticee. eadem ratione.

Adducit eni Ra. Sa. aliā rationem: quia hordeum ē pabulū iumēti: cui adultera aſſimilatur.

k Non fundet ſuper eam oleum. quia eſt fomentū luminis. adulterium autem fit in tenebris. ſm illud Job. xxiiij. Oculus adulteri obſeruat caliginem.

l Nec imponet thus. quia ſignificat deuotionem: vt dictum fuit Exo. xxj. hoc autem ſacrificiuz non offertur ex deuotione: ſed ex ſuſpitione adulterij. et hoc eſt qđ ſubditur: Quia ſacrificium ęlotypie eſt. Sequitur:

m Et ſtatuet coram domino. ad tentandū ſi ex terroze confiteret adulteriuz. et qz ꝓ ea offerebat ſacrificium:

n Aſſumetq; aquam ſanctam. Dicit Ra. Sa. q̄ vocatur ſancta: eo q̄ accipiebatur de labro eneo de ſpeculis mulieruz deuotarum facto. Joſephus autem dicit q̄ dicitur ſancta: eo q̄ ibi dilnebatur nomen domini tetragrāmaton ſcriptum in cedula: vt habetur infra.

o Et pauxillum terre. eo q̄ iſtud ſacrificiū fiebat ꝓ vili cauſa.

p Diſcooperiret caput eius. ad maiozē cōfuſionem ipius: et vt ex hoc ſtupefacta recognoſceret adulterium.

q Et ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis: eo q̄ fiebat ꝓ ſuſpitione adulterij ꝑteriti.

r Ipe autem tenebit aquas amariſſimas. non formaliter ſed effectiue: quia effectum amaritudinis faciebant in muliere quando erat culpabilis.

s In quibus cuz execratione maledicta cōgeſſit. Iſta congeſſio ſm Joſephū non ē aliud q̄ dilutio cedule predicte: ex cuius effectu ſequebatur maledictio ſuper mulierem quādo erat culpabilis. ſm alios eſt impzecatio ſacerdotis ſuper mulierem q̄tum ad mala futura ſuper eam: que infra exponūt.

t Si nō dormiuit vir alienus tecum: et ſi non polluta es deſerto rē. incipit a mulieris innocentia: quā debet prelatus deſiderare et nō culpam. Sequitur:

v Det te dominus in maledictionem exemplūq; cunctoꝝ. i. omnes videntes te tibi maledicent ꝓpter cōmiſſum adulteriuz. Uel aliter: quia maledicentes alijs ponent te in exēplū dicentes: ita tibi male

accidat



reperitur. a Scribetq; ſacerdos in libel. rē. Quia ſcz pena peccatorum inſcriptura ſancta explanaſ. Quicunq; autem eam pie et fideliter hauſerit: ſupplicia peccatorum pertimeſcens et abſtinens a peccatis: fiet ei aq̄ amariſſima i ſalutem. Qui autem contempſerit: inflato ventre cōputreſcet femur eiꝰ: et erit in maledictionem et in exemplum: quia iuſto dei iudicio puniet: et erunt ei in opprobriū deſideria ſua et actus.

b Dabitq; ei bibere. Ut manifeſtet peccatū illius: vl hic ad correctionem: vel in futuro ad damnationem. Mihil enim occultum quod non reuelet: hic dominus ait: Sermo quem locutus ſum vobis: ille vos iudicabit i nouiſſimo die.

c Uinum et oī qđ pōt rē. Iſi. In duodecima māſione: id eſt ſinai precipitur naçareis vt vinum et ſiceram et omne quod i ebriare pōt non bibant neq; comedant. In p/uerbijs quoq; precipit vt potentes et iracūdi vinum nō bibant: ne obliui ſcantur ſapientie. In naçareis continentiū vita ſignatur bis vinum prohibetur: id eſt luxuria. Et ſicera: id eſt omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diuerſo conficitur genere: ſic voluptas ex diuerſa vitiorum paſſiōe. Illi enī non bibunt vinum: ſed ſicerā bibunt qui ad decipiendos homīes vmbras quaſdā et imagines ſimulant virtutum. Una paſſa veſcuntur qui ad humanos oculos abſtinentie palloꝛe i nficiuntur: vt gloriam capiant ab hominib⁹. Aceruz bibunt qui poſt vite ſanctitatem ad ve/

nes ex emplūq; cūctoꝝ i populo ſuo. Putreſcere faciat femur tu/ a
um: et tumens vterus tuus dirū b
patur. Ingrediantur aque male
dicte in ventrem tuum: et vtero
tumeſcente putreſcat femur. Et
reſpōdebit mulier: Amen amen. c
a Scribetq; ſacerdos i libello iſta d
maledicta: et delebit ea aḡs ama
riſſimis in quas maledicta con/ e f
b geſſit: et dabit ei bibere. Quas
a ſ hoc fit cū ſancte crinitarius cōfeſſio in ſacrificio legis inuenit: q̄ digne in ara fidei offertur.
cum exhauſerit tollet ſacerdos g
ſ adulationis.
de manu eius ſacrificium gelotypię et eleuabit illud coram domi
no: imponetq; ſuper altare: ita
dumtaxat vt prius pugillum ſa/
crificij tollat de eo quod offertur
et incendat ſuper altare: et ſic po
tum det mulieri aquas amariſſi/ h
mas. Quas cum biberit ſi pollu
ta eſt et cōtempto viro adulterij
rea: pertranſibuut eam aque ma
ledictionis: et inflato ventre com
a ſ carnalis voluptas et actus.
putreſcet femur. Eritq; mulier in
ſ timoris et abſtinentie.
maledictionem et in exemplum
oī populo. Qđ ſi polluta nō fue/ i
ſ bona opera.
rit: erit innoxia et faciet liberos. k
Iſta eſt lex ęlotypię. Si declina
uerit mulier a viro ſuo et ſi pollu
ta fuerit: maritusq; ęlotypię ſpi/
ritu concitatus adduxerit eaz in
conſpectu domini et fecerit ei ſa/
cerdos iuxta omnia que ſcripta
ſunt: maritus abſq; culpa erit: et l
illa recipiet iniq̄tatē ſuā.

Ca. VI

Locutusq; eſt dominus m†
ad moyſen dicens: Loq̄
re ad filios iſrael et dices
ad eos† Uir ſiue mulier cū fecerit n
votū vt ſanctificentur: et ſe volue
ſ in quo eſt luxuria.
rint domino conſecrare: a vino et o†

Pro.31.a

Job.12.a

Mat.10.a

reperitur. a Scribetq; ſacerdos in libel. rē. Quia ſcz pena peccatorum inſcriptura ſancta explanaſ. Quicunq; autem eam pie et fideliter hauſerit: ſupplicia peccatorum pertimeſcens et abſtinens a peccatis: fiet ei aq̄ amariſſima i ſalutem. Qui autem contempſerit: inflato ventre cōputreſcet femur eiꝰ: et erit in maledictionem et in exemplum: quia iuſto dei iudicio puniet: et erunt ei in opprobriū deſideria ſua et actus.

b Dabitq; ei bibere. Ut manifeſtet peccatū illius: vl hic ad correctionem: vel in futuro ad damnationem. Mihil enim occultum quod non reuelet: hic dominus ait: Sermo quem locutus ſum vobis: ille vos iudicabit i nouiſſimo die.

c Uinum et oī qđ pōt rē. Iſi. In duodecima māſione: id eſt ſinai precipitur naçareis vt vinum et ſiceram et omne quod i ebriare pōt non bibant neq; comedant. In p/uerbijs quoq; precipit vt potentes et iracūdi vinum nō bibant: ne obliui ſcantur ſapientie. In naçareis continentiū vita ſignatur bis vinum prohibetur: id eſt luxuria. Et ſicera: id eſt omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diuerſo conficitur genere: ſic voluptas ex diuerſa vitiorum paſſiōe. Illi enī non bibunt vinum: ſed ſicerā bibunt qui ad decipiendos homīes vmbras quaſdā et imagines ſimulant virtutum. Una paſſa veſcuntur qui ad humanos oculos abſtinentie palloꝛe i nficiuntur: vt gloriam capiant ab hominib⁹. Aceruz bibunt qui poſt vite ſanctitatem ad ve/

ſ tuſtatem

ſe poſita magꝰ elucescūt. Sciēdū tñ q̄ votū naçareoꝝ in aliqb⁹ erat ꝑpetuū: vt i ſamſone et ſamuele et ſilib⁹ i qb⁹ pceſſit figura religioſoꝝ noui teſtamēti. in aliqbus vo erat tpale. et de iſtis h agit. Circa qō primo deſcribit actꝰ pmiſſionis. ſcdo ritꝰ pfeſſionis. ibi: Oīs tpe. tertio ſtatꝰ pfectionis. ibi: Iſta ē lex conſecrationis. ḡrto modus bñdictionis. ibi: Locutusq; ē dns. Circa primū dr:

n Uir ſiue mulier cū fecerint votū vt ſāctificēt. i. diuino cultui ſpecialiť applicēt ꝓ deuotiōez et orationē.

o A vino

tudinem preteritorum labūtur
vitiorum: et corruptione veter[is]
nequicie delectantur. a Mo-
nacula non transibit: Id ē nec
dolum: nec maliciam in mente
retinebit ne polluaf[ur]: scilicet ce-
saries capitis. i. cogitatio men-
tis. Sed innocentiam teneat vs
Mar.10.c que ad finem vite. Aliter enī nō
erit votuz acceptabile. Qui au-
tem perseueraverit saluus erit.
b Super mortuum non ingre
dietur: Id est mortuuz in pecca
tis nō imitabitur: nec iniquita-
tis eius viaz ingredietur: ne p-
2. Tio.2. a dat laborem suuz. Non enim q̄
incboat: sed qui consūmat coro
nabitur. c Nec super patr[is]:
Id ē nullus carnalis retrahat
affectus: omnis persona: omis
dignitas: omnis consanguini-
tas christi seruitio postponēda
est. d Consecratio dei: Id ē
Eph.4.g spiritussancti gratia i corde el⁹
diffusa est. Unde: Nolite cōtri-
stare spiritūsāctū in quo signa-
ti estis omnes. e Dis dies
separationis: Id est vsq̄ i finē
persueret sine contaminatione
peccati atq̄ delicti. f Sin au-
tem mortuus fuerit: Id ē si mor
tali peccato pollutū imitari vo-
luerit: et vsq̄ ad consensum de-
scenderit: sciat necesse eius con-
tinentiam esse pollutaz et caput
radendum: id est mentem pur-
gandam a prava cogitatione et
noxia delectatiōe. g Radet
ilico. Tēpore scilicet cōpunctio
nis quo cognoscit se deliquis-
se: statim se emendare studeat:
et semper similē ruinam timeat.
h Duos turtures. Turtures
castitatem: pulli columbaz sim
plicitatem significant. Qui er-
go vult ad resurrectionez bono
rum peruenire: offerat Xo sacer
doti: id est christo castitatē men
tis et corporis et simplicitatē in
fide catholica per quam i eccle
siam intrat: vt per tanti pontifi
cis opitulationem expietur.
1. Joh.1.a i Et deprecabitur. Aduocat⁹
noster apud patrē. Vel quia fa
Rom. 8. c cit nos deprecari. Sm illud: Spi
ritus postulat pro nobis gemi
tibus inenarrabilib⁹. k Ut
dies priores. Nihil de pristina
cōuersatione presumat: sed i so
la dei gratia confidat cuius do
no percipit veniam et requiem
sempiternam. l Polluta est
Ezec.18.f sanctificatio. Cū conuersus fue
rit iustus a iusticia sua: et fecerit
iniquitatem: omnes iusticie ei⁹
oblivioni tradētur. m Ista
est lex tē. Postq̄ legislator na
çareū instruxit quomodo mun-
detur: si eius consecratio super
mortuo pollnaf[ur]: addit quomo
do post completū votum se pre-
sentet domino cū oblatiōe gra
tias redditurus: mystice inuēs
continentis vitam cum oblatio
ne operis: et mūditia cordis i fi
ne bono domino placituram.
n Agnum anniculuz. Hūc of-
fert qui totā spem suam in eius
§ immolatiōe

a § mentē. b § qualibet voluptate terrena.

omni qō inebriāre potest ābsti-
§ relabendo in voluptatē preriti vitij.
nebunt. Acetum ex vino et ex q̄ a
libet alia potione et quicquid ō b
vua exprimit non bibēt. Uuas †
§ ne pallescant abstinentia p vana gloria.
recentes siccasq̄ non comedent
cunctis diebus quibus ex vo
to domino consecrantur. Quic
quid ex vinea esse potest ab vua c
passa vsq̄ ad acinum non come
dent. † Omni tēpore separatio- d
nis suę nouacula non transibit e†
super caput eius vsq̄ ad com-
pletum diem quo domino con
secratur: Sanctus erit crescente
cesarie capitis eius. Omni tem f
poze consecrationis suę super †
b mortuum non ingredietur: nec
c super patris quidem et matris
et fratris sororisq̄ funere con-
taminabitur: quia consecratio
d dei sui super caput eius ē. Om-
§ alis omnibus diebus.
nis dies separatiōis suę sanct⁹
f erit domino. Sin autez mortu- §†
us fuerit subito quispiam co
ram eo: polluetur caput conse- b
g cratiōis eius: quod radet ilico i
in eadem die purgationis suę: k
et rursū i septima. In octauo au l
§ quo tempus resurrectionis significatur.
h tem die offeret duos turtures:
vel duos pullos columbę sa-
cerdoti in introitu fęderis te-
a § timore gehenne pro peccatis: scilicet faciet
gemere.
stimonij: faciētq̄ sacerdos vnū
a § vt suspiret. s. desiderio eterne vite.
pro peccato: et alterum in holo
i caustum et deprecabitur p eo:
quia peccauit sup mortuo: san- m
§ mentē a carnali desiderio eruram.
ctificabitq̄ caput eius in die il-
§ vt omnes sint sancti et immaculati.
lo: et consecrabit domino dies n
a § viram innocentem pro criminosa: simplici-
tatem p versutia.
separationis illius offerens ag o
num anniculum p peccato: ita
k tamē vt dies priores irriti fiāt:
l quoniam polluta est sanctifica-
m tio eius. Ista est lex consecrati- p
onis: Cū dies quos ex voto de b+
uote decreuerat cōplebūt: ad-
ducet eum ad ostium taberna-
culi fęderis: et offeret oblationē
n eius domino: agnum anniculū
immaculatum in holocaustum:

et omni quod inebriare potest abstinebunt.
quia talia ad peccata alia deducunt sm q̄ di
citur Prouer. xx. Luxuriosa res vinum et tu
multuosa ebrietas. a Acetum ex vino et
ex qualibet alia potiōe. In hebreo habetur:
Ex quolibet inebriativo. b Et quicquid
de vua exprimitur non bibent. etiaz agrestā.
ne per hoc appropinquarent ad potationem
vini. c Ab vua passa vsq̄ ad acinum. In
hebreo habetur: A cortice vsq̄ ad granula: q̄
sunt in medio granozum vue: et per hoc intel
ligitur q̄ nihil de vua penitus debēt gustā-
re. d Omni tempore separationis sue. Dic
consequēter ponitur ritus professionis. et pri
mo respectu persone propie cum dicitur:
e Nouacula non transibit super caput ei⁹. † Leui.21.a
Cuius ratio est ad detestandum cultum ido-
latrie vbi sacerdotes habebant capita rasa:
sm q̄ dicitur Baruch. vj. Sacerdotes sedent
habentes tunicas scissas: et capita et barbam
rasam. ideo fuit preceptum sacerdotibus ve-
teris legis vt non raderent caput nec barbā:
vt habetur Leuit⁹. xxj. et eadem ratione na-
çareus non radebatur tempore consecratio-
nis sue: quia illo tempore erat deputatus di-
uino cultui: vt dictum est. secūdo describitur
ritus sue professionis respectu aliozum. cum
dicitur: f Omni tempore consecrationis
sue super mortuuz non ingredietur. quia ido
latre in cultu suo vtebantur ossibus mortuo-
rum. et ideo sacerdotes minozes qui per tem-
poza certa ministrabant non debebant ingre
di ad mortuos nisi valde propinquos. Sum-
mus autez sacerdos qui semper debebat esse
paratus ad diuinum obsequiū totaliter erat
separatus ab ingressu super mortuum: vt ha
betur Leuit⁹. xxj. et eadem ratione naçareus
tempore quo implebat votuz suum. Alia etiā
ratio assignatur: scilicet ne per affectionez ad
propinquos mortuos mens eius a contēpla-
tione dei retardaretur vel impediretur.
g Sin autē mortuus fuerit subito quispiā
coram eo: id est in eodem tabernaculo in quo
manet: vt dicit Ra. Sa. b Polluetur ca-
put consecrationis eius. eo q̄ non habuit de-
bitam diligentiā subtrahēdi se. et etiam quia
debet imputare peccatis suis talez casum im-
pedientem ipsum. i Quod radet ilico. q̄
sicut premittitur, sanctus erit crescēte cesarie
capitis eius. Et quia illud incrementum a tē-
pore quo incepit votum vsq̄ tunc pollutū est
propter casum superuenientem. ideo precipi-
tur talis rasio. k Die purgationis sue: id
est prima in qua aspergebatur aqua lustrati-
onis. et iterum septima: purgabatur etiam p
sacrificium. quod notatur cum dicitur:
l In octaua autē die offeret duos turtures
et patet littera vsq̄ ibi: m Sanctificabitq̄
caput eius: id est disponet ad implendum vo-
tum. n Et consecrabit domino die separa
tionis illius. q̄z in illis debebat esse intentus
deuotioni et orationi et pijs operibus.
o Offerens agnum anniculum. in memori-
am illius agni per cuius immolationem fuerūt
liberati de seruitute egypti. p Ista est lex
consecrationis. Hic consequēter describitur
status perfectiōis qui consistit in complemē-
to voti: quod notatur cum dicitur:
q Cum dies quos ex voto decreuerat com
plebunt adducet eum: id est seipsum: vt dicit
Ra. Sa. vel adducet refertur ad sacerdotem
qui faciat venire naçareum ad tabernaculuz
federis: vt offeratur eius oblatio: et ponunt
hic sacrificia de omni genere: scilicet pro pec-
cato: et in holocaustum: et hostia pacifica.
Itez oblatio de diuersis generibus panum:
ad ostendendū q̄ naçareus debet esse parat⁹
ad omnib⁹ que sunt ad honorem diuinum.
* Tūc radet



Job.1.b immolatione ponit: de quo dicitur: Ecce agnus dei: ecce
qui tollit peccata mundi. Hunc in holocaustum offert
cum pro eius amore carnes mortificando totaz vitam su
am ardore charitatis incensā domino ꝓsecrat. Aug⁹.
Alia littera: Et offeret munus suum domino agnum an
niculum sine vitio in holocaustomata: et agnam annicu
lam sine vitio vnam in peccatum. Hoc quidam transfer
re noluerunt velut locutionem inusitatam vitantes: et di
xerunt: pro peccato et non in peccatum: cum sit sensus in
ea locutione non perturbādus. In peccatum enim dictū
est: quia quod pro peccato offerebatur: peccatum voca
2. Cor.5.b batur. Unde: Eum qui non nouerat peccatum p nobis
peccatum fecit: id est sacrificium p peccato. Sicut ergo
agnus in holocaustoma: sic et agna in peccatum: vt ipm
pecus esset peccatum: id est sacrificium p peccato. Sicut
de ariete q̄ sequitur in salutare dicit tanq̄ sit ipe saluta
re: cum sit sacrificium salutaris: q̄ postea repetendo ma
nifestat. Nam et illud p peccato dicit q̄ prius dixerat i
peccatum. Et hoc sacrificiuz salutaris: q̄ prius dixerat
Tropo. in salutare. Rab. Tropol. Agnum offert i holocaustū
qui deo exhibet simplicitatem cordis cum deuotiōe cha
ritatis. Quem: qui innocentie exemplum ostendit. Arie
tem Xo pacificam hostiam: cuz se in via dei bene regit: et
carnem rebellem anime imperio subiicit. a Et quem.
Quem offert pro peccato: qui christum innocentem pro
peccato humani generis fideliter credit oblatum.
b Et aritetem immaculatuz. Hoc fit cum ipm esse confi
dit qui per dispensationem carnis celestia et terrestria pa
cificauit: euacuans omnē principatū et potestatez: quem
Phill.2.b deus exaltauit: et donauit illi nomē quod est super omne
nomen tē. c Et lagana. Ueterem legem: spūsācto di
ctatam et temperatā ad vtilitatem humanā. d Absq̄
fermento. Quia spiritualis gratia in lege et in euāgelio
recte intelligentibus patet. e Que offeret. Merituz
et laborem cuiusq̄ meditationem et obseruationem legis
in conspectu dei remunerando presentans ad ingressum
vite celestis: pacto boni operis certamine. f Arietez
Xo immolabit tē. Dignum scz ostendens mercede quie
tis perpetue tanq̄ principē sui vel aliozum et ducem opti
mum: qui se bene rexit et duxit in semita mandatoz dei:
sm doctrinam scripturarū: et gratiaz spiritualiū charis
matū. Greg⁹. Quid est q̄ naçarei capillos nutriūt: ni
si q̄ per vitam magne cōtinentie presumptionū cogitatio
nes crescunt. Sed quid est q̄ deuotione cōpleta naçareꝰ
caput radere: et capillos i igne sacrificij ponere iubetur:
nisi q̄ tunc ad perfectionis summā peringimus: cum sic ex
teriora vitia vincimus: vt etiam cogitationes supfluas
a mente resecemus quas igne sacrificij cremare. i. diuini
amoris flāma incēdere: vt totuz cor in dei amore ardeat
et cogitatiōes supfluas cremans quasi naçarei capillos
deuotionis perfectione consumat. g Et armum coctū.
Fortitudinem scz operis: coctam et pbatam igne tribu-
lationis facit sūmus sacerdos sanctum suum offerre deo
patri. h Et laganū. Scientiam scilicet legis dono spi
ritussancti: iuuans in opere consūmare. i Eleuabit.
Bona scz q̄ continēs operatus ē patri psentabit et perpe
tua mercede faciet remunerari. k Sacerdotis erunt.
Quia ad eius gloriā pertinet quicquid naçareus bene
Phili.2.b voluerit et opere cōsūmauit. Ipe enī est qui operatur in
nobis et velle et perficere. l Post hec: Id est post re-
ctam intentionē: discretam, pmissionem: operis perfecti
onem: mercedis retributionē. m Bibere vinuz. Ple
Ps.35. ne et libere haurire spiritale donū. vnde: Torrente volu
ptatis tue potabis eos. n Locutusq̄ ē tē. Moyses le
gem: aarō sacerdotiū: et filij eius ordinē ecclie significāt.
Docet ergo dominus per legem sacerdotuz ozdinē quo
modo populū pdicatiōe edificent: frequēti oratiōe et be
nedictione confirmēt. Raba. Moyses multipliciē habet
significationē. Figurā habet iudaici pli: dū tenet cau
dam serpētis. Significat enī indeos i fine mūdi ad fidē
xpi vēturos. Legē q̄z significat sicut supra ostendimus.
Christi psonā gerit: electos suos de spiritali egypto per
aquā baptismi liberātis. s. dū pplm de egypto p mare ru
brū educit. dū tabnaculū cōplet: erigit et vngit. o Bē
dicat tibi. Notādū q̄ in hac benedictione nomē domini
tertio inducit: vt sācta trinitas intelligat: a quo: et p quē:
et in quo omnia bona sunt petenda et impetranda: q̄z ex
Rom.11.b ipo et p ipm et i ipo sunt omnia. p Et custodit. Bene-
§ dictionē qua

a et ouem anniculam immacula-
§ alij in peccatum.
b tam pro peccato: et arietem im-
maculatum hostiam pacificaz:
§ scripturam. a § spiritualis alimonie.
§ euangelice doctrine.
canistrum quoq̄ panuz azymō
a § leticie gratia spiritussancti.
c rum qui consperſi sunt oleo et la
§ malicie et nequicie.
d gana absq̄ fermētovncta oleo:
e ac libamina singulorum que of
§ christus.
feret sacerdos coram domino: et
faciet tam pro peccato q̄m in ho-
f locaustum: Arietez vero immo
labit hostiam pacificam domi-
no: offerēs simul canistrum azy
morum et libamēta que ex mo
re debentur. Tunc radetur na- a†
§ mens scilicet abstinentis a cogitationibus su
perfluis.
çareus ante ostium tabernacu- b
li federis cesarie consecrationis
§ plumptionum cogitationes.
sue: tolletq̄ capillos eius et po- c
§ diuini amoris.
net super ignem qui est supposi
g tus sacrificio pacificorum: et ar
a § mysteria scripturarum obscura reuelando.
mum coctum arietis: tortamq̄
a § scientia scripture.
absq̄ fermento vnam de cāni-
b stro: et laganum azymum vnū:
a § i. cum eum corruptione carnis spoliauerit:
et oncre curarum liberauerit.
et tradet in manib⁹ naçarei post
q̄m rasum fuerit caput eius. Su-
sceptaq̄ rursum ab eo cleuabit
§ parris.
in conspectu domini: et sanctifi
k cata sacerdotis erunt sicut pe-
a § quia nostra sapientia eius donum propri-
um est.
cusculum quod separari iussuz
a § carnalis voluptatis mortificatio.
b § predicta.
l est et femur. Post hec potest bi- d
§ predicta.
m bere naçareus vinū. Ista est lex f
naçarei cum vouerit oblationē
a § abstinentie consecrate.
suā domino tempore ꝓsecratio
a § que scilicet sponte facit.
nis sue: exceptis his que inue- g
nerit manꝰ eius: Juxta q̄ men
te deuouerat: ita faciet ad perfe
n ctionem sacrificationis sue. Lo h
cutusq̄ ē dominus ad moysen
dicens: Loqre aarō et filijs eiꝰ:
Sic bñdicetis filijs isrl: et dicetis i
a § infusione spiritualium charismatū.
b § cuiꝰ est custodire. vñ: Nisi dominus custo-
dierit ciuitatem frustra vigilat. tē.
eis: Bñdicāt tibi dñs et cūsto- k
§ dictionē

a Tunc radetur
naçareus. quia cre
scentia capillorum
erat signum dura-
tionis voti. sicut di
ctum est. Crescen-
te cesarie tē. et ideo
voto completo ra-
debatur in signuz
quod licitum erat
ei redire ad cōmu-
nem modum vinē-
di sicut ante votū.
b Ante ostium.
non sub diuo. sed i
vna exedra atrij.
c Tolletq̄ capil-
los eius et ponet su
per ignem qui est
superpositus sacri-
ficio pacificorum:
cuiꝰ carnes coque-
bantur i caldaria:
et in igne suppoſi-
to illi caldarie po-
nebātur capilli. ce-
tera patēt vsq̄ ibi:
d Et femur. hoc
erat speciale in sa-
crificio naçarei: q̄
femur hostie pacifi
ce daretur sacerdo
ti. In aliis autem
habebat tm̄ pectu-
sculum et armum
dextrum: vt habe-
tur Exodi. xxix. et
Leuit⁹. vij.
e Post hec potest
bibere naçareus vi
num: id est redire
ad modum vivendi
sicut ante votum.
f Ista ē lex naça-
rei. que scilicet da-
ta est. g Excepti
bis q̄ inuenerit ma
nus eiꝰ. quia si na-
çareꝰ vellet facere
maiora sacrificia et
oblationes q̄m sint
illa que determina
ta sunt in lege ista:
poterat addere sm
voluntatē suam et
facultatē. sed deter
minatis in lege nō
poterat defalcare.
h Locutusq̄ ē do
minus. Hic conse-
quenter ponit mo-
dus benedictiōis:
que sz fieret super
filios israel. specia-
liter tamē fiebat su
per naçareos: et sm
benedictio ipiꝰ sa-
cerdot⁹ determi-
natur. cum dicitur:
i Sic benedicet⁹
tē. et ponuntur ibi
ser per ordinez. cū
dicitur: k Bene-
dicat tibi dominꝰ.
gratiam iustifican-
tem conferendo.
l Et custodiat te.
a peccati recidiuo

Ps. 126. dictionem quam percepisti sua cõseruet gratia. Misi domin⁹ custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Ibidē. 77. a Ostendat. Ostensio vultus dei ꝓpitiatio est: ꝛ vere salutis ostensio. vnde: Ostende faciem tuam ꝛ salui erimus.

Ibi. 118. b Conuertat dominus vt̄. Conuersio vultus significat misericordiam: auersio irā. vnde: Respice in me ꝛ miserere mei. Et alibi: Quare auertis faciē tuā: ꝛ obliuiscer⁹ iopte nostre. Rogandum est ergo vt cuius gratiā auertimur a nobis peccādo: per pietatem suam vultum suum super nos illuminare dignetur: vt eum ab inimicis eruens: tribuat perpetuā pacem. c Inuocabunt. Sacerdotuz est nomen domini inuocare: domini autem q̄ petitur perficere. Memo ergo sibi tribuat quod sola trinitas cui vult ꝓstat. Ca. VII.

Ibidē. 43. † 1. q. 1. di, ctū ē a dño

A

Allego. d Tabernaculum. Allego. Ecclesiā vel ꝓfectos in quibus aromata virtutum ꝛ orationū adolentur: vel humanitatez christi in qua hostiā nostre redemptionis patri exhibuit. Ipe enim sacerdos: ipse hostia et altare quia in potestate mortem tenēs ꝓpria volū tate suscepit. Unde: Memo tollit animam meam a me: sed ego pono eam ꝛ iterum sumo eaz. e Principes isr̄ ꝛ capita vt̄. Patriarche: ꝓphete: apostoli: qui doctrina: exemplo ꝛ bñ operando: deo grata munera obtulerūt: ꝛ ad cõstructionem ecclesie quicquid boni potuerunt: leto animo contulerunt. Possunt etiaz tropologice ꝓncipes dici: qui apostolica doctrina instructi: tā corporis sensibus q̄ animi affectib⁹ recte principantur. Quoruz

Job. 10. d

Dar. 13. c dona deo gratissima que vnanimiter ꝓlata. Uñ: Si consenserint duo ex vobis super terram de omni re q̄cunq; petierint fiet illis a patre meo. ℣ Sex plaustra

## Nico. de lyra

et gratiam datam cõtinuando. a Ostēdat dominꝰ faciem suam tibi. intellectum tuum in sui cognitione illuminando. b Et misereat tui. penam pro peccat⁹ tuis ꝓteritis relaxādo. c Conuertat dominus vultum suuz ad te. suas cõsolationes tibi imittendo. d Et det tibi pacem. causas ꝓturbationis auferendo. e Inuocabuntq; nomē meum vt̄. ꝓ hoc ostenditur q̄ sacerdotes benedicebant populum ministerialiter tm̄ verba benedictionis ꝓferēdo: sed deus benedicebat: effectum benedictionis causando. Ca. VI

## Moraliter

m† Locutusq; est dominꝰ ad moysen vt̄. In hoc capło agitur de naçarei obseruantia ꝛ eius oblatione. Circa q̄ notandum q̄ naçarei fuerunt in duplici gradu. Nam aliqui fuerunt naçarei ad totū tp̄s vite sue: sicut legit de samuele. j. Beg⁹. j. ꝛ de sansone Judic. xiij. et isti fuerūt figura religiosoꝝ in noua lege: quoꝝ votum per totam obligat vitam. Alij ℣o fuerunt naçarei ad tempus determinatū: et isti voto peracto redibāt ad vitam cõmunem aliozum ꝓpter q̄ non fuerunt figura religiosoꝝ. de quibus dicit Luc. ix. Memo mittēs manū ad aratrum ꝛ aspiciens retro aptus est regno dei. Sed illoꝝ fuerūt figura qui faciūt votum de aliquo opere supergationis ad tempus exercendo: vt de peregrinatione vel alio pio opere et quoniaz illo tempore debent religiosius viuere. ideo subdit: o† A vino et omni quod inebriare ꝓtest abstinebunt. p q̄ significatur q̄ illo tempore debent esse in potu magis sobrij. † Uuas recentes siccasq; non comedent: id est rūc debent eē in cibo magis parci. et† Nouacula non transibit super caput eius: id est non resecabit aliquid de illis que cadūt ſb obligatione voti sui. † Super mortuū non ingredietur: id est non cõsentiet alicui in opere mortalis peccati. gi† Sin autē mortuꝰ fuerit quispiā coram eo polluetur. per quod designatur q̄ opus bonum in charitate factum si supueniat mortale peccatum mortificatur. b† Cuz dies quos ex voto decreuerat complebuntur vt̄. hic agitur de oblatione naçarei in completione voti sui: et ponitur hic triplex eius sacrificiuz. Unū in holocaustum q̄ totuz incendebatur ad bonozem diuinū. per q̄ significatur q̄ homo tempore voti adimplēdi debet ad amorem diuinum magis q̄ als inflammari. Aliud autem sacrificium erat ꝓ peccato per q̄ significatur q̄ homo votū suum impleuerit: tamen timere debet ne minus debite fecerit. Tertium erat hostia pacifica. ꝓ gratiarūactione. per q̄ significatur q̄ homo votum suū adimplēs debet deo regratiari de hoc q̄ sibi dedit gratiam adimplendi. Addebaꝫ vltra oblatio panum açymoruz: ꝓ quos significatur panis eucharistie: quia votum adimplens debet in huius sacrificij oblatiōe deuote assistere. a† Tūc radet naçareus vt̄. quod erat signum voti completi. et sic licitū erat naçareo redire ad cõmunem modum viuendi: et similiter in noua lege implens votū ad illud ampli⁹ non tenet. Ca. VII

† Exo. 40. b

a diat te: Ostēdat dominus faciez a
b suam tibi: et misereatur tui: † Conb c
uertat dominus vultum suuz ad d e
c te: ꝛ det tibi pacē. Inuocabūtq; f+
nomē meum super filios isrāel: ꝛ
ego benedicam eis. Ca. VII

f Actum est autez in die
a ℣ sanguine suo consummans. b ℣ christus.
qua cõpleuit moyses
a ℣ ecclesiā. b ℣ ad petendam gloriam.
b tabernāculum et erexit illud: vn
℣ oleo leticie. ℣ gratia spiritali.
xitq; et sanctificauit cum omni
a ℣ electis in diuersa ministeria ordinatis.
bus vāsis suis altare similiter et
℣ altaris.
c omnia vasa eiꝰ: obtulerūtq; ꝓn g
a ℣ diuersoꝝ ordinū vel ecclesiarū.
cipes isrāel et capita familiārū q̄
erant ꝓ singulas tribus: ꝓfecti
a ℣ qi ꝓfectis ꝓdicatoribus ministrāt.
eozum qui numērati fuerāt mu/

b ¶ Mitte viros qui considerent terrā chanaan qua ꝺ. ⁊c. Circa qō sciēdū q̃ populꝰ incitabat moysen ad mittendoꝝ explozatoꝝ qui considerarēt terrā an te ingressum eoꝝ ſm qō habeā Deut. i. Accessistis ad me oēs atq; dixist⁹: Mit/tamus viros qui considerent terram ⁊ renuncient per quod iter debeam⁹ ascē dere. hoc autem non videbatur bonum ipsi moysi: eo q̃ dñs ei dixerat q̃ ēt eo rum ductor: vt hꝫ Exo. xxxiij. Uerūtā ꝓ pter ipoztūitatē ꝑpli ꝓsuluit sup ℔ dñz q̃ rndit ei: Mitte viros ⁊c. ita q̃ fuit ꝑ/missio ad malū qđ male petēt. sciebat enī dñs q̃ p explozatoꝝ deciperēt.

c ¶ Fec̄ moy. qđ ꝺ. i. In hebreo hꝫ: Qđ dixerat: qz nō fuit ꝓpie p̃ceptū: sꝫ pmis sio. ꝺ ¶ Mittēs ꝑn. vi. sic nolant̄: qz ꝑ tūc erāt bōi: sꝫ postea fuert ꝺteriozati. Cetera patent vsq; ibi: e ¶ Uocauitq; osee filiū nun io. q̃ aūt in p̃cedētib⁹ vo catus est iosue: ℔ ē p anticipationē. Nō

✠ aūt quare

fortis est an infirmus: si pauci sūt an multi. Exposuisse intelligit ꝙ dixerat: si potēs est an infirmus. ℞ est si pauci sūt an multi. Quō eni possent de monte ꝓspiciētes sentire humanarū virtū fortitudinem? ꝑ Potest ꝛ alius sensus multo esse cōgruentior veritati. Quod ait: Ascēdet in montē in ipam terrā quā explorare volebāt. Nō ei possent facile exploratores intelligi: nisi pere grinātes omnia perquirebant. Rā si de vertice montis eos putauerim⁹ conspexisse terram et explorasse: quomodo possent exquire re omnia quę moyses ꝺcepit? Quomodo intrare ciuitates quas leguntur intrasse: ꝛ de illa valle botrū tollere: ꝓpter quē vall⁹ botri dicitur? In ipso ergo explorat⁹ terra: qz ipsa erat que explorare tur: ꝛ ibi erat q̄dam depressior locus. de qua valle botrus ablatus est. a ¶ Quem portauerūt tc. Jhū. Botrum in ligno de terra promissionis duo aduehunt: quia christus pendens in ligno crucis ꝓmissus gentibus: de terra genetricis marie ex carne natus. Duo bajuli q̄ sub one re botri incedebant: vterq; pplus est: cuius ꝓior iudaicus cetus: et aduersus: ignar⁹ pē dentis gratie et pressus onere suspēli: cui subijcietur iudicanti. Unde: Obscurēt oculi eorū ne vi. et dor. e. s. incur. Qui vo posterior veniebat. populū gētū significabat: qui credens ꝛ christū ante oculos habens sp quem portat videt: et quasi seruus dñi ꝛ discipulus magistrum sequit. ℣m illud: Si q̄s vult post me venire tollat crucem suam et sequatur me. Hic est botrus qui effusum in salutē nostram vinum sanguinis fuit crucis contrarie perfudit: et expressum passionis sue calicem ꝓpinauit ecclesie. Quem in malogranato socia muneris gratia secuta est mat⁹ ecclesia: habens intra se per granorum numerū multitudinem populorū. per ruborem: id ē sanguinis christi signaculum coruscantem habentem etiam diuersa spiritussācti charismata: quibus se indignos increduli iudicātes: terrā carnis christi fluentem lacte ꝛ melle: accipere non meruerunt: quam per fidei eius seruī: id est christiani consecuti sunt: de cuius doctrina dicitur: Ex dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Sicū cū botro de terra promissionis attulerunt: id est imaginez legis cum figura christi. de quo enim dicitur: Frater meus vt botrus cypri: quia nec christ⁹ sine lege: nec lex sine christo esse potest. b ¶ De malis quoq; granatis. Que legem significant: quia nec christus sine lege: nec lex sine christo.

c ¶ Exploratores terre post quadraginta dies. Jhū. Exploratores qui ad terram vberez missi terruerunt populum ne crederent posse habere terram promissam: scribas et pharisēos significant. Sicut enim illi per moysē missi sunt vt soli fecunditatem sollicite considerarent: sic isti per legē et ꝓphetas vt p scripturarum inuestigationem domini specularentur aduentum: in quo erat terra: id est ca ro sancta: in qua regnum dei ꝛ vbertatē spiritualium fructum et vitam eternam conseq̄ possent. Sed sicut illi desperatione terruerūt populum ne crederent deo promittenti: sic isti suaserunt populo in deorū ne christo crederent: ad egyptum huius seculi redire cupientes: manna fidei repudiantes: et querētes ollas peccatorum nigras: et cepas blasphemiarum repudiatas et pepones vitiorū et libidinum corruptione marcentes.

d ¶ In desertum pharan quod est in cades. Rab. Solitudo pharan decem ꝛ octo mansiones continet. In quarum vltima reuersi exploratores ad moysen renunciauerunt que viderunt pozantes botrum cum malis granatis et ficis. Et in sequentibus scriptum est: Profecti de asiongaber castrametati sunt in deserto sin. Hec est cades que nō sancta (vt plerīq; estimant) sed mutata vel translata interpretatur. In hac mansione morīt

dianam plagā. Cunq; veneritis a ℣ terram. s. contemplandam.
ad mōtes considerate trā q̄lis sit: ꝛ populū q̄ habitator est eius: vtrū fortis sit an infirmus: pauci numero an plures: ipsa terra bona an mala: vrbes q̄les: murate an absq; muris: humus pinguis an sterilis: nemorosa an absq; arboribus. Confortamini: ꝛ afferte nobis de fructibus terrę. Erat autem tempus quando iam prę coquę vuę vesci possunt. Cunq; ascendissent: explorauerunt terram a deserto sin vsq; rohob itrā tibus emath. Ascenderuntq; ad meridiem et venerunt in hebrō: a vbi erant achiman ꝛ sisai ꝛ thol mai filij enach: Nam hebron septē annis ante tanim vrbē egypti condita est. † Pergēteq; vsq; c a ℣ christi qui de crucis ligno pendebat.
ad torrentem bōtri: absciderunt a palmitem cuz vua sua quem portauerūt in vecte duo viri. De malis quoq; granatis et de ficis loci illius tulerunt qui appellatus est nebelescol: id est torrēs botri: eo q̄ botrum inde portassent filij b israel. Reuersiq; exploratores terrę post quadraginta dies. omni regione circumita: venerunt ad moysen ꝛ aaron et ad omnem cętum filiorū israel in desertū pharan: quod est in cades. Locutiq; eis et omni multitudini ostenderunt fructus terrę et narrauerūt dicentes: † Venimus in terrā ad f quaz misistis nos: quę reuera fluat ℣ de doctrina christi dicitur: ꝙ dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.
it lacte et mělle vt ex his fructib⁹ cognosci pōt. Sed cultores fortissimos habz: ꝛ vrbes grādes atq; muratas. Stirpē enach vidim⁹ g ibi. Amalech habitat in meridie:

aūt quare moyses mutauit nomē ei⁹ fuit: qz moyses orauit dñm vt reuerteret cū salute corpis ꝛ mentis: qđ ꝛ factū est: vt patet ex sequētibus: ideo vocat⁹ est Josue q̄ ī terpretat⁹ salus. Cetera patent vsq; ibi: a ¶ Et venerunt in hebrō. In hebreo habetur: Et venit in ebron. ꝛ ibi Ra. Sa. q̄ sol⁹ caleb iuit illuc et orauit dominū super sepulchra patrum: vt dominus ꝑturbaret eum a deceptione aliorū exploratorum quos videbat iā inclinatos ad malum. Et hoc accipit ex hoc quod habet Josue. xiiij. vbi caleb dixit Iosue: Jurauitq; moyses ī die illo: terram quam calcauit pes tuus erit possessio tua. Et sequitur ibi dem: Benedixitq; Iosue ꝛ tradidit ei hebrō in possessionē.

b ¶ Nam hebrō septē annis ante thanim vr. tc. hoc autem interponitur ad respondendū tacite questioni: quia immediate fecerat mentionē de filijs enach q̄ erāt gigātes ꝛ ī tanim egypti ciuitate cōmorabantur ꝓpter quod gigantes titānes vocati sunt: ideo posset aliquis mirari ꝛ quereret: maxime veniens de egypto sic erant filij israel quo modo in hebrō essent gigantes: ideo dicit q̄ hebrō fuit edita ante tanim. quasi diceret: nōn est mirum si ibi habitant gigantes: quia hebron est antiquior et propinquior tempori diluuij q̄s tanim in quo vigebat natio † Deu. 1. d gigantium.

c ¶ Pergenteq; vsq; ad torrē tem botri. Causa huius nominis exprimitur in littera. et patet: d ¶ Reuersiq; exploratores post quadraginta dies. dicit Ra. Sa. q̄ maius tēpus satis requirebatur ad peragrandum tanta terre spacia: sed dominus breuiauit: quia dispositum erat differre ingressum terre ꝓmissionis per quadraginta annos ꝛm numerum dierum quibus exploratores considerauerunt terram: vt habetur ca. 14. sequēti. e ¶ Locutiq; eis ꝛ omni multitudini ostendunt. Hic consequenter ponitur exploratorum relatio. cum dicitur:

f ¶ Venimus in terram ad quā misistis nos: q̄ reuera fluit lacte et melle: qz ibi est abundantia pascuoꝝ et nemoꝝ in quib⁹ apes mellificāt sine humano labore. Inceperūt narrationē suam a cōmendatiōe terre: vt magis crederet eis pplus postea ī detrahendo de ea. sic detractor aliquando incipit a cōmendatione persone cui vult detrahere: vt p talē cōmendationē ilicinet corda audientiū ad credendū q̄ in dicēdo mala de illa persona nō moueat odio: ꝛ veritatis amore: ꝛ sic sibi magis credatur: ꝛ iō subdiderunt difficultates obtinēdi terrā illā. cū dr:

g ¶ Sz cul. fortis. hz. qđ⁹ nō poterim⁹ resistere. h ¶ Stirpē enach. i. gigāteā. i ¶ Amalech habitat ī me. hūc pplm pmonstrat: qz habitabat in pte p quā ingressi erāt: ꝛ vt terrent pplm israel: cui amalech alias molestus fuerat: vt habetur Exo. xvij.

✻ Chanane⁹



¶ sione morīt maria ꝛ sepelit: ꝛ ꝓpter aquas cōtradictionis moyses ꝛ aaron offenderunt dñm: ꝛ ꝓhibent transire iordanem. Ca. XIIII

a ¶ Terra quā tc. Orige. Que est terra ista sancta quidem ꝛ bona: sed ab impijs habitata? Qui sūt hostes qui habitant in terra sanctoꝝ? Nō ejiciendi vt succedāt vel habitent sancti? Euangelia ꝓmittūt sanctis regna celoꝝ. Et apls⁹ dicit: Nostra aūt conuersatio in celis ē. In celis est ꝙ hereditas q̄ ꝓmittit sāct⁹. Putas ꝙ qz ibi nūc nullus habitator sit qui debeat expelli? a dieb⁹ Jobā. baptiste regnuz celoꝝ vim patit tc. Nisi essent inde aliqui expellendi: nunq; diceret ꝓ vim esse diripiendum regnū celoꝝ. Et nisi cū aliquibus nobis esset ꝓliū: nō diceret apls⁹: Nō ē nobis colluctatio aduersus carnē et sāguinē tc. De his etiā dr:

Esa. 34. a ¶ Inebriatus est gladius meus in celo. Necesse est ergo vt vincas spirituales neqcias q̄ in celestib⁹ esse dicūtur: qui sunt veri chananei: ꝛ expellas de celestib⁹ locis vt habites ꝓ illis. Scito tū esse gigantes. Gigas dr omnis q̄ deo resistit: qđ illi ꝑticipaliter faciūt. Tibi ꝙ dat vt ejcias gigantes. Unde

Esa. 49. 5 Mar. 3. b ¶ Quis accipiet a gigāte spolia? Et alibi. Nemo pōt introire in domū fortis et vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortē. Cōparatione ergo humane nature et demoniace nature nos locuste sum⁹. Precipue si dubia sit fides nostra: ꝛ nos ꝓterreat infidelitas: illi vere gigantes erunt: nos locuste. Si vero sequimur Jesū ꝛ verbis eius credimus: tā q̄s nihil erūt in cōspectu nostro. Mozaz enim nos ꝛ dicit: Si amat nos deus introducet nos in terrā hāc: qz bona est et fructus eius mirabilis. Figura ergo prece ssit in patribus: complet in nobis. Ejecerūt illi gigātes. ꝛ cōsecuti sunt terram eoꝝ: omnē terram iudee et bierlm ciuitatem: ꝛ montez sion. Ad nos autem dicit:

Heb. 12. c ¶ Non accessistis ad ea que visibilia sunt: sed ad inuisibilia. Accessistis enim ad montem dei viuentis: ꝛ ad ciuitatē celestē hierusalem: ꝛ ad multitudinē angelorū. Et alibi: Hierusalem que sursum est libera est: que est mater nostra. Hierusalem ergo celestem esse credimus: et ad typum huius terrene: ꝛ q̄ scripta sunt de hac terrena: ad illaz celestem spiritaliter referimus. Et sicut illi de terrestri bierlm ejecerūt chananeos et pherezeos

Gal. 4. d ꝛ ceteras gētes: ita et nos qui accessimus ad montē dei et ad celestia regna: necesse ē vt expellam⁹ de

Eph. 6. b his cōtrarias ptātes ꝛ spiritalia nequicie ī celestibus. Et sicut illi ejecerūt iebuseū de bierlm: ꝛ que vocabat iebus postea vocabatur bierlm: ita nos oportet prius expellere iebuseū ꝺ bierlm: ꝛ sic con

¶ sequi

a ¶ Chanane⁹ vero mozaz iuxta mare ꝛ circa fluenta iordanis: quasi dicat per istas partes nō est ingressus nobis possibilis ꝓpter aquas: et ex his fuit territus populus ꝛ incepit murmurare contra moysen. Et ideo Caleb qui fuerat fidelis in hac missione: ad reprimendū murmur populi ꝛ timorē dixit: b Ascēdam⁹ ꝛ possideāmus tc. valde faciliter cū dei adiutorio. c ¶ Alij vero tc. excepto Iosue ꝺ ¶ Terra perūtqz terre. nō ex sterilitate: qz ꝑtū dixerāt: ꝺ er mozbida et pestilēti habitatione: ita q̄ homines nō possūt ibi diu viuere. ꝛō dixerūt.

e ¶ Terra quā lustra. tc. dicit Ra. Sa. q̄ in illa terra viderūt in qualibet villa bones sepelietes mortuos suos: qđ dūs faciebat ad bonū filiorū isral: vt pauci remanerēt ad pugnadū cū eis: ꝛ ip si exploratores retulerūt ad malū populi israel.

f ¶ Ibi vidim⁹ mōstra quedā. i. bones vltra quātitatē naturalē alios mirabiliter excedentes vt sic filij isral terrerent ex cōditione terre ꝛ habitatoꝝ eiꝰ. g ¶ Quib⁹ cō. ꝛ si lo. vide. modus loquēdi est hyperbolicus ꝛ ℣m veritatē boibus rimentibus aduersarij sui videnī eis multo robustiores q̄s sint ī ꝛitate: ꝛ trepidāt vbi nō ē timor.

## Moraliter. Et ꝑfect⁹ est Ca. XIII

ppls. Sedē: bꝰ Mitte viros q̄ cōsi. ter. Allegorice ꝓ exploratores terre ꝓmissionis significant sacerdotes ꝛ scribe veteris legis q̄ ꝓ scripturas explorabāt xp̄i aduētū q̄stū ad tps ꝛ q̄stū ad locū ꝛ alias circūstantias. Ūñ Matth. ij. requirente herode ubi xp̄s † nasceret respondērūt in bethlē iude. allegāres Baruc. 3. c ad hoc scripturā q̄ habet Michee. v. tū aliquā tulū aliter ī verbis. Et tu bethlē terra iuda nequaq; minima es in principibus iuda: ex te enīz exiet dux qui regat populū meuz israel. Ūñ sup illud Matth. xxj. Hic ē heres dicit Hieronym⁹.

A

Ex hoc ptz principes iudeoꝝ nō ex ignorantia † 90. dis. a lienus. sed inuidia crucifixisse dūm iesum xp̄m. Sed qz p̄ dicabat cōtra vitia eorū subuersa fuit in eis cognitio quā habebant de ipso. Christus aūt cōuenienter pōt dici terra ꝓmissionis eo q̄ ad terrā viuentiū nos introducit: ꝛ q̄ corpus eius terrenū est terra ꝓmissa nobis in lege et ꝓphetis. Per hoc aūt q̄ pauci exploratores scz caleb et Iosue tm in veritate steterūt alijs ab ea declinātibus ꝛ puertentib⁹ pplm: figuratū fuit q̄ in aduentu christi pauci de doctorib⁹ iudeoꝝ starent ī veritate: scz nicodem⁹: gamaliel: nathanael et alij q̄ alijs a veritate declinantibus et seducētibus pplm et inducentib⁹ eū ad perendū mortē christi: vt habetur Matth. xxvij. et Mar. xv. et Luce. xxiij. Apostoli vero qui steterūt in veritate nō fuerūt de doctorib⁹ iudeoꝝ sed fuerūt homines simplices et sine litteris: vt habet Act. iiij. Mozaliter aūt ꝓ exploratores in veritate nō stantes ꝛ ab ea pplm auertentes: significant ꝓlati et doctores ecclesie mali q̄ ꝓ noticiā scripturarū exploratores sunt terre viuētiū: sed ꝓ suam vitā malā ab eius ingressu deficiunt et etiā alios impediunt. Matth. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei hypocrite qui claditis regnū celoz ante homines: vos eni nō intratis nec introeuntes finitis intrare. † Ecci. 46. b 1. Dar. 1

Ca. XIIII

b ¶ Situr. Post trāsgressionē exploratorū hic ꝛ̄ ponit trāsgressio alioꝝ. ꝛ primo. quātū ad eoꝝ ꝑsūptionez. ibi: Et ecce mane. Circa primum ponit dicta trāsgressio. scdo trāsgressiōis.

punitio. ibi: Et dixit dūs. Circa primū sciendū q̄ ex verbis exploratorū fuerunt territi ꝛ desperati de cōsecutione terre a deo sibi ꝓmisse. ꝛ ideo primo ꝓperunt in verba murmurationis. ꝛ ideo dicit: Et murmurati sunt tc. secundo desperationis. ibi: i Utinam mortui essemus in egypto et non in hac vasta solitudine. Jn hebreo habetur: Uel in hac solitudine mortui essemus. ꝛ hoc paret per verba dñi dicētis. j. eodē capitulo sicut locuti estis audiente me: sic faciam vobis: in solitudine hac iacebunt cadauera vestra. tertio in verba rebellionis dicentes: constituamus nobis tc. k ¶ Quo audito moyses et aaron ceci. tc. ne dominus irasceret: et vt furia populi frangeret. l ¶ At vero Iosue filius nun tc. dolentes de trāsgressione populi ꝛ de afflictione moysi. m ¶ Sciderunt tc. i. signū magne tristicie: ꝛ habet similē ī plurib⁹ locis ve. ac no. te.

¶ ✻ Volite

¶ sequi ei⁹ hereditatē. Illi armis visibilib⁹ ⁊ corpalibus vincebāt: nosc̄ inuisibilib⁹ ⁊ spiritualib⁹. Vñ: Nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē ⁊c. Induite vos lorica charitatis: ⁊ galea salutis: ⁊ assumite scutū fidei ⁊ gladium spūs qđ ē verbū dei. Cū talib⁹ armis sequēs iesū ducē: sicut patres calcauerūt ceruicē gentiū: ⁊ tu calcabis ceruices demonū.

Luc.10.c Ipse enī sequentib⁹ se ait: Ecce dedi vobis potestatē calcādi sup̄ serpentes et scorpiōes. Ault ergo iesus semp̄ res mirabiles facere. vult de locustis vincere gigātes: ⁊ de his q̄ i terris sunt celestes supare nequicias.

Job.14.b Hoc ē forsasse qđ dr: Quia q̄ credit i eū nō solū faciet illa q̄ ipse fecit: sed ⁊ maiora. Mal⁹ enī mihi videt si hō in carne posit⁹ fragilis et caducus: fide tū xp̄i ⁊ verbo eius armat⁹ superet demonū legiones: Cuius ipse sit qui vincit i nobis: plus tū esse dicit q̄ p nos vincit: tm̄ est vt nos armis istis semp̄ simus parati ⁊ armati ⁊ p̄uersatio nostra semp̄ i celis sit: ois motus noster: act⁹: cogitat⁹ et sermo celestis sit. Quāto enī illic ardēti⁹ ascēdem⁹: tāto illi pēpites descendēt: ⁊ quāto nos supiores: tāto illi inferiores. Si vita nostra sancta ⁊ fm deū fit: mortē cōfert illis. Si segnis ⁊ luxuriosa: potētes aduersum nos gigantes facit: ⁊ q̄to nos dilatamur in terris: tāto illis latiora spacia cōcedimus in celis. Augescam⁹ q̄ vt illi minuanť. nobis ingredienti bus illi pellanť: ⁊ ascēdētib⁹ cadāt.

a ¶ Me timeatis. Aug⁹. Caleb et iesus naue loquētes ad pp̄lm ne timerēt ingredi terrā. p̄missiōis dixerūt: Vos aūt ne timueritis pp̄lm terre: q̄m cibus nobis sunt. absc̄essit eī tp̄s ab eis: dñs aūt in nobis: ne timueritis eos. Q̄m dictū est: cibus nobis sūt: hoc est cōsumem⁹ eos. Quod vero additū ē: Absc̄essit eī tēpus ab eis: dñs aūt in nobis. diligēter non dixerunt absc̄essit ab eis domin⁹: impij ei fuerūt. Sed q̄m etiā impūs occulta dispēsatione dat tēpus florēdi et regnādi tēpus ab eis discessit: Dñs aūt in nobis. Nō dixerūt tēpus absc̄essit ab eis ⁊ nostrū successit: Sed dñs aūt in nobis: nō tēpus. Illi enī tēpus habuerunt: isti dominū tempozū creatozē ⁊ ordinatozē et oīm dispēsatozē. b ¶ Feriam igit. Orige. Cōminatio hec nō est iracunda: sed ꝓphetia. Assumendus enī erat populus nationū: sed non per moysen: excusauit ergo se moyses. Sciebat enī que gens quia ꝓmittit nō per se vocanda erat: sed per Jesuz. nec mo saicus: sed christianus populus erat appellādus. Jdeo pluribus erozat pro populo suo. ¶ Orige. Feriā igitur. Fit comminatio hec a domino: nō vt diuina natura passibilis: ⁊ ire subiecta ostendat: sed vt moysi charitas quā erga populum habebat: ⁊ dei bonitas que supza omnem mentem est appareret. Scribit enim de irasci et comminari vt sciat homo tāntum sibi esse loci apud deuz: tantūq̄ fiducie: vt si etiā aliqua i ndignatio sit in deo humanis obseruationib⁹ mitigeť in tātū de deo impetrare posse hominem: vt ꝓpria statuta conuertat. Bonitas enim que sequit iracundiam ⁊ moysi fiduciam ostēdit apud deum: et alienā ab iracundie vitio diuinam docet esse naturam. Et mysterium in futuro explendum continet sermo: per quem ꝓmit-

¶ tit deus

circūiuimus valde bona est: Si ꝓpitius fuerit dñs inducet nos i eā: ⁊ tradet humū lacte ⁊ melle manantē. Molite rebelles eē cōtra dominū: neq̄ timeatis populum terre hui⁹: quia sicut panem ita possumus eos deuozare. Recessit ab illis omne p̄sidium: dominus enī nobiscū est: nolite metuere. Cunq̄ clamaret ois multitudo: ⁊ lapidibus vellet eos oppri-

a ¶ maiestas dñi regit eos in nubib⁹ celi.

mere: appāruit gloria dñi sup̄ tectum federis cunctis videntib⁹ filijs israel. Et dixit dominus ad moysen: vsq̄quo detrahet mihi populus iste: Quousq̄ non credēt mihi in omnibus signis que feci coram eis: Feriam igiť eos pestilentia atq̄ consumā: te aūtē faciam p̄incipem sup̄ gentē magnam ⁊ fortiorem q̄ hec est. Et ait moyses ad dñm: Ut audiant egyptij de quozū medio eduxisti populū istū: ⁊ habitatozes terre hui⁹ qui audierūt quoniā tu domine i populo isto sis: ⁊ facie videaris ad faciē: ⁊ nubes tua protegat illos: ⁊ in columna nubis p̄cedas eos per diē: ⁊ i colūna ignis p noctem: q̄ occideris tātā multitudinē quasi vnū hoiem: ⁊ dicant: Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat ⁊ idcirco occidit eos i solitudine: Magnificetur ergo fortitudo dñi sicut iurasti dicēs: Dñs patiēs ⁊ mītę misericordię: auferēs iniq̄tatē ⁊ scelera: nullūq̄ in noxiū derelinquēs: qui visitas pctā patrū i filios i tertiā ⁊ quartā generatiōez: Dimitte obsecro pctm̄ populi tui huius fm magnitudinem misericordię tuę: sicut ꝓpitius fuisti egredientib⁹ de egypto vsq̄ ad locum istum.

a ¶ Molite rebelles eē ꝓtra dñm: tū q̄ rebellādo moysi rebellabāt deo cui⁹ erat nūcius: tū q̄ domin⁹ p̄ceperat eis q̄ irent ad terrā ꝓmissionis: ⁊ sic rebellabant ei in ꝑsona ꝓpria.

b ¶ Neq̄ timeatis populū terre hui⁹ ⁊c. q̄ sicut panem ita eos possum⁹ deuozare. i. absq̄ vlla difficultate. c ¶ Recessit ab illis omne p̄sidium. q̄ virtute diuina erant timoze p̄cussi: ita q̄ non remanserat in eis consilium ⁊ virtus resistendi. sed quia populus ita erat desperatus q̄ non recipiebat admonitionem ideo voluerūt se cōuertere ad occisionē. vn de subdit: d ¶ Et lapidibus eos vellet oppzimere. i. moysen et aaron iosue ⁊ caleb. e ¶ Apparuit gloria domini. ad defensionem eorum et terrozem malozū. f ¶ Et dixit dominus. Hic cōsequēter ponit dicte transgressionis punitio. Circa quod primo ponit dei cōminatio. secūdo pene relaxatio quantū ad vnaz partem. ibi: Dixitq̄ domin⁹. Circa primum igitur primo ponit trāsgressionis repetitio breuiter cum dicitur: Et dixit dominus ad moysen: vsq̄ quo detrahet mihi populus iste? quasi dicat ab exitu de egypto inceperunt: vt patet Exo. xiiij. et continuauerunt vsq̄ modo. g ¶ Quousq̄ nō credent mihi in omnibus signis: que fuerunt tam mirabilia q̄ deberent credere eis. h ¶ Feriā igitur eos pestilentia ⁊c. licet hoc nō fecerit. tamen verū dixit: q̄ loquebatur fm demerita populi: vt sit sensus: meruerunt vt hoc eis facerem. i ¶ Te aūt faciam p̄incipē. hoc autem intelligit cōditionaliter. i. si faceret p̄mum: facerem ⁊ istud scd̄m: quia merita tua exigunt. k ¶ Et ait moyses. ad auertendum irā dei: ne populus totaliter deleret: ⁊ ad hoc allegat blasphemiam nois dei si hoc fieret dicens:

l ¶ Ut audiant egyptij. q. d. si hoc fieret: veniret ad eozum noticiā: ⁊ tunc intenderent in tuam blasphemiam: q̄z ne sciunt populi culpam. m ¶ Et habitatozes terre huius. i. terre chananeoz ad quā ibant et imputent impotentie tue dicentes: q̄ licet potueris educere populū de egypto: non tamē introducere in terram ꝓmissam: quia fortior ē in ciuitatibus ⁊ habitatozibus q̄ egyptus: ⁊ hoc est qđ dicit: Non poterat introducere ⁊c. et ideo concludit:

n ¶ Magnificetur ergo fortitudo domini. introducendo populum istū ad terram quam ei ꝓmisisti. quod nō posset fieri si iste populus penitus deleretur: quia nō remanerent reliquie ex ipsis.

o ¶ Sicut iurasti dicēs. li dicēs nō refert ad litterā imediate sequentē: quia nō sunt verba domini sed moysi. vnde et similia verba dixit moyses dño Exo. xxxiij. sed refertur ad iuramētū dei facti⁹ abrae Gen. xxij. vbi dicit sic: Per memetipsum iurau dixit dominus. et sequit: Possidebit semē tuum ⁊c.

p ¶ Dominus. per omnium gubernationem. q ¶ Patiens. p penitentie peccatozum expectationem.

r ¶ Et multe misericordie. p pene relaxationem. s ¶ Auferens iniquitatem. id est peccata facta cōtra ꝓximum.

t ¶ Et scelera. ꝓtra deū. v ¶ Nullūq̄ innoxiū derelinquēs. q̄z oēs ꝓtrahūt pctm̄ originale: ⁊ adulti cū p̄ saltē veniale. x ¶ Qui vi. pctā pa. i fi. ⁊c. q̄z vsq̄ ad quartā generationē cōtingit p̄res videre filios suos ⁊ eōuerso: ⁊ sic filij vt frequēter fiūt imitatozes paternoz scelerū: ⁊ p̄res puniunť i eis: q̄n videt penas eoz. y ¶ Dimitte obsecro pec. po. ⁊c. q. d. totiēs ⁊ tā grauiter te offenderūt q̄ indigent tua maxima

¶ misericordia

†Exo.13.b

†Jbi.32.c



¶ tit deus q̄ alium populū hoc abiecto resuscitet. a ¶ Parūulos. Orige. Sed filij ipsoz⁹ qui sunt hic mecum quicunq̄ ignorant bonū vel malum ⁊c. Patres nostri fuerūt pp̄li ille ꝓtior: nos filij ipsoz⁹ sum⁹. illi q̄ peccauerūt abiecti sunt ⁊ ceciderūt: nos aūt filij ipsoz⁹ pro ipsis surrexim⁹ et erecti sum⁹: qui nesciebam⁹ bonum vel malū. Ex gentib⁹ enī sumus neq̄ bona q̄ ex deo veniūt noueramus: neq̄ mala q̄ ex peccato generāť. Unde:

Rom. 11.c Vide aūt seueritatē et bonitatem dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te aūtem bonitatem: si ꝑmanser⁹ in bonitate ⁊c. b ¶ Annus. p die. Orige ¶ Quasi pro die annū recipietis peccata vra p. xl. annos. Timeo hoc mysteriū discutere: Uideo enī q̄ in hoc cōprehendit ratio pctōrum et penarū. Si enī cuiq̄ peccatozi annus ascribit ad penā. p vnius diei pctō ⁊ fm rationem dierū quibus peccatur totidē annoz numer⁹ in supplicijs cōsumiť: vereoz ne forte nobis qui quotidie peccam⁹: nec ipsa secula aut etiam secula seculoz sufficere possint ad penas luēdas. Jn eo q̄ pp̄lis ille .p. xl. dierū delicto. xl. annis cruciať in deserto: nec terrā sanctā introire ꝑmittitur. Similitudo futuri iudicij videlicet: vbi pctōrū ratio discutienda est: vbi erit aliqua forsasse bonoz operū recōpēsatio: vel eozū q̄ in vita sua quisq̄ rece

Luc. 16. f pit: sicut de Laçaro dr: Sed hoc nullus

Job.5.d ad integrū nouit: nisi cui pater omne iudiciū tradidit. ¶ Orige. Reget q̄s forsasse bonitati dei conuenire: vt pro diei peccato annū supplicioū rependat: immo dicat etiā si diē pro die reddat: Cuius iustum: nō videtur esse benignū. Sed si vulnus corpoi infligať: aut os cōfringať: aut neruoz⁹ iūctura resoluať: sub vni⁹ enī horę spacio solent hec corpoz⁹ accidere: ⁊ pluribus postmodū cruciatibus aut doloz⁹ exactis multo vix tpe sanari. Quanti enī tumores in loco: tāta tormenta generanť. Si vero accidat vt in eodē vulnere vel in eadē fractura terū q̄s vulneret: ⁊ frequēt⁹ frangať: quātis penis quātisq̄ cruciatib⁹ potest curari? Quanto aūt tpe? si tū potuerit ad sanitatē pducť. Et vix aliquādo ita curabiť: vt vel debilitatē corporis vel feditatē effugiat cicatricis. Trāsi ab exemplo corporis ad vulnera aīe: que quotiens peccat totiēs vulnerať peccatis velut telis. vñ: Assumite scutū fidei i quo possit⁹ omnia tela maligni ignea nequissima extinguere. Patiť aūt nō solū vulnera iaculoz sed et fracturas pedū cum laquei parank pedibus ei⁹: ⁊ supplantāt⁹ gressus eius. Hec et huiusmodi vulnera quāto tpe putas posse curari? O si possum⁹ p vnūquodq̄ pctm̄ videre quō anima vulnerať. Sermo malus vulnus infligit: sed nō in lingua: vulnerať anima etiā p cogitationes et cōcupiscētias malas. Frangiť aūt et cōteriť p opera peccati. Que oia si viderem⁹: ⁊ vulnera te anime cicatrices sentiremus: vsq̄ ad mortē resisterem⁹ cōtra peccatū. Sed sicut demoniaci: vel mētecapti non sentiunt si vulnerent (q̄z carent naturalibus sensibus) ita in cupiditatib⁹ seculi amētes facti: vel vitijs inebriati non sentim⁹ quanta vulnera: quantas contritiones anime peccando acquirimus: ⁊ ideo cōgrua ratio est pene. i. cure ⁊ medicationis tempus extēdi: ⁊ p vnūquodq̄ vul-

¶ nus .p

Dixitq̄ domin⁹: Dimisi iuxta verbū tuū. Viuo ego: ⁊ implebiť gloria dñi vniuersa terra: Attamen

c ¶ modū correctionis moderatione liberata dispensat.

omnes homines qui viderūt maiestatem meam: et signa que feci in egypto ⁊ in solitudine: † ⁊ tētauerūt me iā per decem vices: nec obedierūt voci meę: nō videbūt terrā ꝑ q̄ iurauī pr̄ib⁹ eoz: nec q̄sqū ex illis q̄ detraxit mihi ituebiť eā. † Seruū meū caleb q̄ plen⁹ alio spiritu secut⁹ est me: inducā i terrā hāc quā circūiuit: ⁊ semen eius possidebit eaz: quoniā amalechites ⁊ chananeę habitāt i vallib⁹.

Eras mouete castra: ⁊ reūtimini i solitudinē p viā mari rubri. Locutusq̄ ē dñs ad moysen ⁊ aaron dicēs † Usq̄ q̄ multitudo hec pessima murmurat ꝓtra me? Quereles filioz israel audiui: Dic ꝙ eis: Viuo ego ait domin⁹: sicut locuti estis audiēte me: sic faciā vobis.

Jn solitudie hac iacebūt cadavera vra. † Oēs q̄ nūerati estis a vigiti annis ⁊ supza: ⁊ murmurastis ⁊ me: nō intrabit terrā sup̄ quā leuaui manū meā vt habitare vos facerē ꝑter caleb filiū iephone: et iosue filiū nun. Parvulos aūt vestros de qb⁹ dixistis q̄ ꝓdę hostib⁹ fozēt: introducā vt videāt terrā q̄ vobis displicuit. Cęlestra cadavera iacebūt i solitudine. Filij vestri vagi erūt i deserto ānis q̄draginta: ⁊ portabunt fornicationē vestrā donec cōsūmāť cadavera

¶ exponit mysteriū numeri

patrū i deserto iuxta nūerū q̄draginta dier⁹ qb⁹ cōsideraſtis terrā.

b † Ann⁹ p die imputabiť. Et q̄draginta ānis recipietis iniq̄tates vestras: ⁊ scietis vltionē meā: q̄m sicut locut⁹ sum ita faciā omni multitudini huic pessimę que conspirauit aduersuz me: Jn solitudine hac deficiet: et morieť. † Igiť oēs viri quos miserat moyses ad contemplandā terrā: ⁊ q̄ reuersi murmurare fecerāt cōtra eū omnem multitudinē detrahētes terre q̄ esset mala: mortui sūt atq̄ pcussi in cōspectu dñi. Josue aūt filius nun ⁊ caleb filius iephone vixe-

misericordia. a ¶ Dixitq̄ dñs. Hic nō ponitur pene relaxatio quātū ad vnā pte cū subdit:

b ¶ Dimisi iuxta. ⁊ bū dicit iuxta q̄ nō totaliter dimisit: ꝙ ¶ Ztū ad hoc q̄ ꝑ ñ deleret totū pp̄lm simul. tō subdit: c ¶ Uiuo ego. modus est assertiōis diuine: ⁊ est sensus: sicut verū ē q̄ ego sū vines: q̄ sū vita p essentiā: sic verū est verbū meū de nō delendo totū pp̄lm simul. tō subdit: d ¶ Et imple. glo. dñi vni. terra. i. p facta mirabilia q̄ facta introducendo populū in terrā ꝓmissam: diuulgabiť gloria nominis mei p vniuersam terrā: sicut pt̄z de siccatione iordanis et subuersione hiericho ⁊ similib⁹. Alij tū exponūt ⁊ bū q̄ hoc intelligať de christo q̄ fm carnē descēdit de illo populo: p quē impleta est omnis terra gloria domini.

e ¶ Attamē. Hic cōsequēter reseruat partem pene debite: ⁊ primo ꝙtum ad cōmunitatē populi dicens: f ¶ Omnes homines qui viderunt maiestatem meā ⁊c. p̄pter que debuissent mihi credere et obedire. g ¶ Et tentauerunt me iam per decem vices. semel ante egressum de egypto Exo. v. secundo in recessu Exo. xiij. tertio in deserto sur ad aquas marath. Exo. xv. quarto in murmure p defectu carniū: vt hic ca. xj. quinto plus colligēdo de māna ⁊ seruando vsq̄ mane: Exo. xvj. sexto ira pbidim p defectu aq̄: Exo. xvij. septimo in conflatione vituli: Exo. xxxij. octauo ex impatientia laboris vt hic ca. xxj. i p̄ncipio. nono ex cōcupiscētia saporis: Num. xj. decimo ex desperatione in p̄ loco. Cetera patēt vsq̄ ibi: b ¶ Oēs qui nume. estis a. xx. an. ⁊ supza. Ex quo pt̄z q̄ illi q̄ erāt minoris etatis nō incurrerūt hāc penā: si militer nec filij leui: q̄z nō fuerunt numerati a. xx. an. sed primo ab vno mēse. vt dictū est. ꝙ. lij. ca. Et scdo nūerati sunt a. xx. an. ⁊. ꝙ. vt dictū ē. liij. ca. i ¶ Parvulos autē vros. Hic determinať pena ꝙtū ad illos q̄ erāt. j. xx. an. q̄ lx nō fuerint i deserto mortui tū retardati sūt ab ingressu terre ꝓmissionis ꝓpter pctā patrū sicut. xxxix. an. et hoc ē qđ subdit:

k ¶ Filij vri va. erūt. i deserto annis. xl. p̄m⁹ annⁿ egressiōis ꝺ egypto q̄ iam trāsierat cōputať i istis xl. l ¶ Et por. foz. ve. i. penā pctōrū vestroz qb⁹ necessistis a dño: sicut fornicatrix a legitimo viro.

m ¶ Igiť oēs viri. Hic determinať pena explorato⁹. cū subdit:

n ¶ Mortui sunt atq̄ pcussi ⁊c. i. subito et horribiliter ad terrozem allozū ex sententia domini.

o ¶ Josue aūt filius nun et caleb filius iephone ⁊c. Dicit Ra. Sa. q̄ ex hoc datur intelligi q̄ successerunt eis in hereditate: quia ꝓpter peccatum eozum filij ipsoz⁹ fuerunt ꝓiuati hereditate in terra promissionis: ⁊ hoc iuste quia auerterant corda populi a consecutione terre promisse.

† Deu.1.f

† Jos.14.b

† Exc.4.b

† Judith.8.c
1.Co.10.b

¶ Et ecce

nus ꝓ qualitate plage medēdi spacia ꝓpa/
gari. Sic ergo ⁊ dei equitas ⁊ benignitas i
ipsis aie supplicijs cuidēs fiat: vt hec audi/
ens ꝙ peccauit relinq̄at ⁊ vltra nō peccet.
Conuerso enī i ꝑsenti vita ⁊ fructuosa peni
tentia celerē confert
medicinā. Nec nō
solū vulnꝰ ꝓteritum
sanat: sꝫ vltra nō si/
nit aiam petō vulne
rari. Auge. Ali/
ud adjicia. Si petōr
suꝫ: nūquid pena mi
hi erit eadē si semel
peccaui: q̄ si sedo et
tertio ⁊ frequentiꝰ?
Nō ꝓ mō enī ⁊ nu
mero ⁊ mensura pec/
cati etiā pene quāti/
tatꝫ metieda est? Un
de: Potabit nos in
lachrymis in mensu
ra. Mēsura aūt erit
quā quisq̄ sibi i hac
vita vel minus vel
plus peccādo queste
rit. Calix quoq; in
manu dñi vini meri
ꝺr esse plenꝰ mixto.
Miscet enī vnicuiq;
et fit iudiciū nō solū
ex malis q̄ gessit: sed
etiam ex bonis. cum
tū vtraq; misceant: r
fer eiꝰ (quā ego pu
to ꝓtes malozū dici)
nō ad integrū exina/
niet: Sed hec i ma/
nu dei sunt: nostrum
aūt citiꝰ ē emēdare ⁊
penitere: ꝓterita lu/
gere: futura cauere:

Ezec.18.f Quia vt cōuersus i
gemueris salꝰ eris.

1.Joh.2.a Habemꝰ enī aduoca
tū q̄ interpellat pro
nobis multo ꝑstan/
tiozes moyse: q̄ tū ꝓ
populo illo eruandi
tus est. Et fortasse ꝓ
pterea moyses scribi
tur priozi pplo veni/
am ipetrasse: vt mul
to magis cōfidam⁹
q̄ aduocatꝰ noster ihesus veniā nobis impe
trabit a patre. a Parati sumus. Raba.
O mira ꝓteritas humane mētis ⁊ hozrē
da stulticia cecati cozdis. Mādat deꝰ ꝓmis
sionibꝰ suis credere: ⁊ de sua potētia cōside
re ⁊ sic terrā intrare: Humana stulticia diffi
dit: ⁊ salutaria monita respuit: econtrario
suū negat auxiliū: illi cōtra dei volūtatem
terrā inuadere volūt. Quibꝰ siles sunt q̄ ꝓ/
missionibꝰ dei nō credūt ⁊ ꝓhibita faciūt.
Sed spiritales amalechite et chananei qui
habitāt in mōtibꝰ supbie: ꝓcutiētes eos ꝑ/
sequunt vsq; ad hozma Amalechite ꝑpls
lingēs sanguinē. chananei negociātes vel
motus: hozma anathema interꝓtāt. Aerie
q̄ nequitie q̄ nostrū sanguinē sitiunt: ⁊ ter/
renis negocijs ꝙplicare nos volūt: si in pec
catis ꝑseuerauerimꝰ: ⁊ mōtē supbie ascēde
rimꝰ: concidentes nos iaculis ignitis perse
quunt vsq; ad ꝓpetuū anathema. Non er
go de nobis ꝑsumamꝰ: sed nostrā infirmita
tem cōsiderantes dei ꝓceptū sequamur per
oīa. Sic enī oēs hostes supabimꝰ: sic patrie
celestꝫ gaudia q̄ nobis ꝓmissa sūt ꝓcipiemꝰ.

§ Sacrificiū

a Et ecce. Hic ꝑfir pontꝫ trāsgressio populi ex ꝑsūptione: q: sicut paꝰ ad mā/
datū dei ire noluerant: ita postea cōtra volūtatē dei ⁊ inhibitionē moysi ire vo
lebant. ⁊ ptz littera vsq; ibi: b At illi cōtenebrati. i. pctō suo exercati.
c Persecutꝰ ē eos vsq; horma. Nomē est loci impositum ab euentu vt habeꝫ
j. Reg. ca. sed hic ponit ꝓ anticipationē. Ca. XIIII

runt ex omnibus qui perrexerāt
ad cōsiderandam terrā. Locutusꝙ
est moyses vniuersa verba hec
ad omnes filios israel: ⁊ luxit po
pulus nimis. Et ecce mane ꝓmo a
surgentes ascēderūt verticē mō/
tis atq; dixerūt. Parati sumus
ascendere ad locū de quo dñs lo
cutꝰ est: q: peccauimꝰ. Quibus
moyses: Cur inquit trāsgredimi
niverbū domini: quod vobis nō
cedet in ꝓspex? Nolite ascēdere:
nō enī est dñs vobiscū ne corrua
tis corā inimicis vestris. Amale
chites et chananꝰ ante vos sūt:
§ spiritali igniro.
quoꝝ gladio corruetis: eo ꝙ no/
lueritis acquiescere dño: nec erit
§ nequicia mentis.
dñs vobiscū. At illi cōtenebrati b
§ superbie.
ascēderūt in verticē mōtis. Arca
aūt testamēti dñi et moyses nō
recesserūt de castris. Descēditq;
amalechites ⁊ chananeus q̄ ha/
§ superbie.
bitabant in mōte: ⁊ ꝓcutiēs eos
atq; concidens ꝑsecutus est eos c
§ anathema.
vsq; horma. Ca. XV

Locutusq; est dominus vt
ad moysen dicens: Loq̄
re ad filios isrl et dices

## Moraliter.

bt Igit vociferās eis tur/
ba fleuit nocte illa. In ꝟ ca/
pitulo agit de murmuratione ꝓpli isrl ꝓtra moysen ⁊
aaron et eius rebellione cōtra deū: ꝓter q̄ data fuit
sniа mortis in deserto sup eos q̄ exierunt de egypto a
xx. annis et supra exceptis caleb et iosue. Per hoc al
legoize fuit figuratū q̄ pauci de iudeis cōpatiue in/
gressuri erāt ad fidē christi in aduentu eius: q̄ qdem
ingressus ꝓ fidē est introitus terre viuētiū in spe: ⁊ ꝟ
etiā scribit i quodā libro hebraico q̄ dicit canhedrin
apud hebreos auctētico exponēdo illō Hiere. liij. As
sumā vos vnū de ciuitate ⁊ duos de cognatione ꝛc.
Hosa. Mensuratus est egressus de egypto ingressui
eozū in terram ꝓmissam: quia duo tm̄ de sex milibus
ingressi sunt: sic erit in diebus messie: quod ptz imple † Deu.1.g
tū. nā pauci valde de iudeis in xp̄m crediderūt respe/
ctu nō credētiū. Moraliter aūt ꝓ hoc ꝙ pauci exēū
tium de egypto intrauerūt terrā ꝓmissionis: signifi/
catū fuit ꝙ pauci de credētibꝰ q̄ exierunt spūaliter de
egypto ꝙ virtutē baptismi terrā viuentiū. i. celestē pa
triā sunt intraturi: Matth. xx. Multi sūt vocati pau/
ci vero electi. Et Luce. xiij. Cōtendite intrare ꝙ angu
stā portā: dico vobis quia multi querunt intrare et
non poterunt. In ca. xiiij. vbi dicit in postilla:
Et ꝛō cōcludit: magnificet ergo fortitudo dñi.

## Additio.

Supra i additiōe sup Exo. xxxiij.
sup illud verbū: Quo transeunte
corā eo ait: dñator dñs deꝰ ꝛc. Fuit obtētū q̄ illa ver
ba dñatoꝛ ꝛc. nō fuerūt moysi oztis: sꝫ ipi deꝰ doce
tis moysē vias suas q̄bꝰ deꝰ rōnalē creaturā regit: ꝓ
vt ibi fuit plenꝰ declaratū: q̄ qdē vie maxima ꝑte mi
sericordiā sonāt: q̄ quidē misc̄la maxime diuinā oī/
potētiā manifestat. ꝑut i in collecta ꝺr: Deꝰ q̄ oīpotē
tiā tuā parcēdo maxime ⁊ miserādo manifestas: idcir
co moyses edoctꝰ a deo de vijs dñi supradictꝫ cuꝝ mō
diuinas miserationes ꝙplorabat ꝓ pplo ꝓpter dicebat:
magnificet ḡ fortitudo dñi. Fortitudo enī dñi sua oī
potētia est ⁊ magnificat maxime. i. manifestat miserā
do. Nō aūt sequit i lra fm trāslationē nostrā: Sicut
iurasti dicēs: i Heb. hr: Sicut locutꝰ ē dicēs. ꝓpter re/
fert ad lram imediate sequētē q̄ fuerūt ꝟba dñi docē
tis moysen vias suas vt dictū ē. Et notādū ꝙ in ꝟ lo
co de patrū meritis moyses nō fecit mētionē in specia
li: sicut i pctō vituli dixit. c. xxxij. ca. Memēto abrahā
et isaac seruoꝝ tuoꝝ. Hec i generali: nō ei dixit: Qui
custodis misericordiā in milia. Cuiꝰ rō ē: q̄ in ꝟ loco
diuinis tm̄ miserationib⁹ ꝛnitebat: nō aūt meritis pa
trū sicꝫ ꝓtermisit i hoc loco: Miserator et misericors:
q: vt in ꝓdicta additione fuit expositū bozū duorum
noīm adiectiuoꝝ. primū intelligit de creatione fm quā natura creata ꝓducit
de nō esse ad esse: qō ptinet ad miseriam: scōm de his q̄ addunt sup naturā: vt
ibi fuit expositū de q̄bꝰ ad pñs moyses nō fecit mētionē: sꝫ pāo ꝙplorabat pati
entia diuinā. d. Patiēs: eo ꝙ irā dei videbat erga eos sic accēsas: q: oēs simul
minabat cōsumere. vñ dixit: Ne occidat tātā multitudinē q̄si vnū hoīem: vñ
moyses i ꝟ loco nō videt petiuisse relationē oīmodā isti⁹ delicti sꝫ lōganimi/
tatē diuinā: ⁊ etiā ꝙ pctā eoꝝ nō simul fuissent punita: sꝫ successiue. vnde dicit:
Qui visitas pctā patrū i filios: vñ i Deut. Moyses repetit oēs quas fecit
ꝓ pplo dicēs ca. ix. Et ozaui dñm ⁊ dixi ꝛc. ⁊ etiā de ozatiōe ꝓ aaron facit men
tionē: nō tū de hac oīone aliāꝺ dicit: q: nō petebat remissionē oīmodam nisi ꝙ
deꝰ se haberet lōganimiter erga eos: qō ptz i executiōe: q: oēs illi q̄ fuerūt in ꝟ
pctō explorato⁹ culpabiles fuerūt cōdēnati nō solū ad mortē tpalē in deserto:
sed etiā ad mortē eternā. Ad qō aliq̄ allegāt illud Pſ. Quadraginta annis
ꝛc. quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meā.

## Replica.

Correctoꝛij fm Bur. In ca. xiiij. Bur. singularis est. alle
gans circa oīonē moysi q̄si verba dñi sint: q̄ead modū. s.
Exo. xxxiij. lōga digressione cōfinxit: sed ea q̄ intendit hic ⁊ ibi nō ē fundata:
vide in correctorio vltimo. Ca. XV

Locutusq; est dominꝰ. Hic ponit quoddā incidens eo ꝙ circa idē tp̄s
de colligente ligna in sabbato accidit casus: ⁊ tū obseruatio sabbati fu
it statuta a principio creationis mūdi. vt habeꝫ Heñ. q̄. Et benedixit do
minus diei septimo et sanctificauit illum. ideo occasione huius fit hic memoria
de aliquibus alijs legalibus. ⁊ primo de oblatione sacrificiozū. secūdo de red/
ditione primitiarū. tertio de expiatione peccatoꝝ per ignorantiā. quarto ō pu
nitione



Sacrificiū simile ꝛc. Fidē incarna Ca. XV
tionis xp̄i q̄ in lege plenissime cōmēdaꝫ: vel obser
uantiā decalogi. Hiero. Josephus. Rex ꝓcipit i
priuatis publicisq; sacrificijs etiā farinā mūdis/
simā adijci: in agno quidē assarij mēsurā: in arie
te duoꝝ: in tauro triū: ⁊ sup altare etiā oleū mix
tū. Mā et oleū offerūt īmolantes: in boue q̄dem
hin medietatē. in arīete buⁱ mēsure tertiā partē:
⁊ quartā i agno. Hin aūt mēsura hebreoꝝ antiq̄:
fere chozos ātiquos duos capiēs: fm quā oleū of
Ruth.2.d ferebāt. Est aūt (vt i Ruth legit) ephi mēsura tri
um modioꝝ: hin aūt (vt illi volūt q̄ de pōderibꝰ
⁊ mēsuris scripserūt) sextarij mensurā tenet: q̄ ita
Allego. notaꝫ: q: sexta pars est congij. Hiero. Allego.
Jubet ergo ꝓ singulas spēs animaliū q̄ offerunt sa
crificiū adhiberi. Quia nos in terrā eccl̄ie ꝓ dñi
gratiā intrabimꝰ ꝓ singulas spēs bonoꝝ operū:
scientiā spiritualē in meditatiōe legis adhibere de/
bemus. Mēsura igit ephi q̄ tres mēsuras habet:
significat fidē sc̄tē trinitatꝫ: cuiꝰ decimā debemꝰ of
ferre. i. fidē incarnationis xp̄i q̄ in lege plenissime
cōmēdaꝫ vel obseruātiā decalogi. Jubemur ḡ of
ferre olcū. i. charitatē: ⁊ misericordiā ⁊ vinū ad li
bamētū: id est gratiā spūalē ⁊ cōtcationē passiōis
christi: ⁊ hec iuxta partitionē mensure hin. i. fm
distributionē ꝑfecte deuotionis. Senariꝰ enī qz
ꝑfectꝰ est: ꝑfectionē cuiusq; rei significat. Quid
est ḡ in agni oblatione decimā partē ephi offerre
simile cōsperse oleo iuxta quartā ptē hin: ⁊ vinū
eiusdē mēsure ad liba fundenda: nisi simplicitatē
mozū cū legⁱ sciētia: ⁊ ꝓdētia euāgelica exhibe
re? Nō placet enī simplicitas sine ꝓdētia: neq;
Dā.10.b ꝓdētia sine simplicitate. vñ: Estote ḡ ꝓn. si ser.
⁊ sim. si. co. Et stulticia ei ⁊ versutia deo abomina
bilis est. b Et arietis erit. Augꝰ. In oblatio
ne arietis due decime similes offerunt: olei ⁊ vini
tertia ꝑs hin. Quia aries rectoꝝ ordinē signat:
bñ cū duabꝰ decimis offert: cū q̄libet decalogus
legⁱ itellectu ⁊ opatione tenēs: rectoris officio de
legat. Olei vero atq; vini tertia ꝑs hin exhibet:
qñ ab eo charitas ⁊ misericordia: ⁊ gr̄a spūalis
doctrine circa subiectos impendit. c Quādo
vero ꝛc. Rab. In bonis oblatione: tres decime si
mile: ⁊ medietas hin in oleo vel vino. Bos vero
ꝓdicatores significat q̄ agrū dñicū colūt: ⁊ vome
re euāgelico extirpant vitiozū spinas: ⁊ multipli
cāt segetē virtutū. Hi cū trib⁹ decimis silē offerun
tur: qz decalogū legⁱ scia doctrina ⁊ ope tenētes:
fidei sācte trinitatis veri sunt assertozes. Hi cha
ritatē debent hr̄e: ⁊ ꝓximis ꝓ misericordiā cōsu
lēdo exēplū ꝓbere: ⁊ in gr̄a diuina ꝛnitū possūt ꝓ
ficere: vt ad vite ꝑfectionē ⁊ scitatē ꝓueniāt. fm
Leui.19.a illud. Sancti estote: qz ego sanctꝰ sum. Oz aūt in
hac vita deest: i celesti beatitudine ꝓ dei gr̄am in
se ꝓficiēdū sperent. d Cuꝝ veneritis ꝛc. Bab.
Cū q̄libet p̄sentē ecclesiaꝫ ꝓ fidē intrat: necesse est
vt terrā carnis sue. i. cozpalē vitā diligēter in dei
timore exerceat: ⁊ frugē virtutū ꝓducat in refe
ctionē eternā. Jubemur ḡ nō solū de areis: sed et
de pulmētis primitias cōsecrare deo. i. nō solū de
ꝓdicatiōis officio laboris primozdia dño cōsecra
re: sꝫ ⁊ de domesticis disciplinis q̄s i se q̄sq; soller
ter exerceat: inchoatione bone volūtatꝫ dño dedi
care. Sine enī in seipso aliquis virtutibꝰ studeat
sine alijs piū laborē impendat: nō sibi sed diuine
gratie imputet: vt ei cōsecret omnis boni initiuꝝ:
a quo sperat ꝑfectionis supplementum.
e Oz si ꝓ ignorantiam. Augꝰ. Oz precipit quo
modo peccata expienꝰ q̄ nō sponte cōmittunt: me
rito queritur que sint ipsa peccata nolentiū? vtrū
que a nescientibus cōmittunt? an que facere com
pellunt? Nam et hec cōtra volūtatē dici solēt. Sꝫ
vult quis ꝓpter qd facit: cum vult viuere. Si q̄s
nisi fecerit mortē mineꝫ: vult ḡ facere: qz vult vi
uere. Et iō nō ꝓ seipm appetēdo vt falsū iureꝫ: sed
vt falsū iurādo viuat. Si ita ē nescio vtrū possint
dici ista pctā nolētiū q̄lia hic dicūt explāda. Nā
si diligenter ꝓsideret: forte ipm peccare nemo ve/

§ lit: sed

ad eos: Cum i egressi fueritis ter a
ram habitatiōis vestre quā ego
dabo vobis: ⁊ fecerit oblationē
dño in holocaustū: aut victimaz b
pacificā: vota soluētes: vel spon
te offerentes munera: aut in solē
nitatibus vestris adolētes odo/
rē suauitatis domino de bobus
siue de ouibus offerret: quicūq;
§ spiritalē scientiā in meditatione legis.
a īmolauerit victimam sacrificium
simile decimā partē ephi cōsper/
§ charitate et misericordia.
sam oleo: qō mensuram habebit
a § gratiā spiritalē vel cōcatiōez passiōis xp̄i.
quartā partez hin: et vinūm ad
liba fundenda eiusdē mēsurę da
bit in holocaustū siue in victimā.
b Per agnos singulos et arietes
erit sacrificiū simile duarū decia
rū q̄ consperſa sit oleo tertię ptis
§ gratiā spiritalem.
hin: ⁊ vinū ad libamētum tertię
partis eiusdē mensurę offeret in
c odorem suauitatis dño. Quādo
§ predicatoribus.
ꝟo de bobus feceris holocaustū
§ alꝰ hostiam.
aut victimam: vt impleas votū
vel pacificas victimas dabis ꝓ
§ legis scientiam: operationē et
singulos boues simile tres deci/
doctrinam. § charitate.
mas cōsperſę oleo qō habeat me
§ spiritalem gratiam.
dium mensurę hin: ⁊ vinū ad li/
ba fundēda eiusdē mensurę i ob/
lationem suauissimi odoris dño.
§ predicatores.
Sic facietis per singulos boues
a § eccle duces. b § mutes et simplices.
c § penitentes.
et arietes et agnos et hedos: tā d
§ i ecclia nati. § de gētib⁹ vel iudeis venientes.
indigenę q̄ peregrini: eodem ri e f
tu offerēt sacrificia. Unum przeę
ptum erit atq; iudiciū tā vobis
q̄ aduenis terrę. Locutus est do g
minus ad moysen dicēs: Loque
re filijs israel: ⁊ dices ad eos: Cū d
§ per fidem. § ecclesiam.
veneritis in terrā quā dabo vo/
bis: ⁊ comederitis de panib⁹ re/
gionis illius: sepabit primitias h
a § domesticis disciplinis q̄s in se quisq; exercet.
domino de cibis vestris. Sicut i
§ primordia pij laboris circa alios.
de areis primitias sepabitis: ita k
⁊ de pulmentis dabitis primiti/
§ vel nō sponte. alia littera.
ua dño. Oz si ꝓ ignorantiā prę te l
rieritis quicq̄ horum q̄ locutus
est dñs ad moysen: et mandauit

lit:ſ ꝑter aliud fit qꝫ vult q̄ peccat. Oēs enīz q̄ ſcīēres faciūt qꝫ nō lz vellēt licere: vlq; adeo ip̄m peccare nemo appetit ꝑter ꝑ ip̄m: ꝑ ꝑter illud qꝫ ex eo cōſequit. Si hec ita ſe habēt: non ſūt pctā nolentiū niſi neſcientiū: q̄ diſcernunt a peccatis volentiū. a Vitulū offeret. Raba.

Mystice Mystice. Filij iſrl vitulū de armēto offerūt i holocaustū: cuz fideles pplī plena fide corpus xp̄i ꝙ ſalute humani generis in ara crucis ſimolatū credūt ⁊ cōfitēt. Offerunt ſacrificiū ei⁹ ac liba vt cerimonie poſtulāt: cū i ſacramēto panē ⁊ vinū in memoriā paſſionis ei⁹ offerūt: ⁊ participā tes corpus et ſanguinez ei⁹ veraciter ſe ꝓcepiſſe cōfidūt. Vircū vero ꝓ pctō: cū hūanitatē ⁊ ſimilitudinē carnis peccati eū ſuſcepiſſe ⁊ ꝓ peccat⁹ obtuliſſe credunt. Rogat ipſe ſacerdos patrē ꝓ
Deu.5.b peccatis ppli: ⁊ dimittunt ei: qz in dieb⁹ carnis ſue ꝓces et ſupplicationes deo offerēs: exaudi
Ibi.9.b tus eſt ꝓ ſua reuerentia. b Sacerdos. cbri ſtus qui ꝓ ꝓpzium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta: eterna redēptione inuenta. c Anima vero q̄. Aug⁹. Alia ira. Alia q̄cūqz peccauerit i manu ſupbie ex indigenis aut ꝓſelytis deū exa cerbat exterminabit aīa illa ō pplo ſuo: qm̄ verbū dei cōtēpſit ⁊ mādata ei⁹ diſpdit: cōtritiōe cōtereꝫ aīa illa: pctm ei⁹ in illa. Que ſūt pctā q̄ fiūt in manu ſupbie expoſuit dicēs: Qm̄ verbū dei cōtēpſit. Aliud ē g̃ ꝓcepta dei cōtēnere: aliud magnipēdere. Sz aut ignarū ꝙ facere: aut in uitū: q̄ duo fortaſſe ptinēt ad pctā q̄ a nolentib⁹ fiūt: de qb⁹ ſupza quō deo ꝓpitiato expiarenꝫ admonuit. Deinde ſubiecit pctm ſupbie: cū q̄cqz ſupbiēdo. i. ꝓceptū cōtēnēdo ꝑerā facit: qō genus pctī nō dixit vllo genere ſacrificij purgari oportere: tā q̄ inſanabile iudicās illa curatiōe q̄ p illa ſacrificia gerebaꝫ: qualia illa hic faciēda ꝓcipiunt. Que ſi ꝓ ſeipſa attendāt nulli pecca to poſſum mederi. Si aūt res quozū hec ſacra menta ſunt inquirank: in eis inueniri poteſt pur
Pro.15.a gatio peccatozum. Quod ergo ſcriptū eſt: Pec cator cū venerit in profundū malozum contem nit. ille ſignificatus eſt: quē ſcriptura hic dicit in manu ſuperbie delinquere. Hoc ergo ſine pena cōmittentis non poteſt aboleri: ⁊ ideo non po

D teſt eſſe impunituz: et penitendo ſanatur. Ipſa enī affrictio penitētis pena peccati eſt q̄ſi me dicinalis et ſalubris. Merito enim magnū iudi catur peccatū: cum ſuperbia contemnit ꝓceptū.
Ps.50. Sed ecōtrario vt ſanari poſſit coz contritum et humiliatū deus non ſpernit: ſed quia ſine pena nō fit: talia hic dicta ſunt. Deū enim inquit hic
Jaco.4.b exacerbat: quia deus ſuperbis reſiſtit. Et exter minabitur anima illa de populo ſuo: quia talis omnino in numero eozū qui ad deuz pertinent
† 23.9.5.dd ergo. in fi. De.pe.di.3 quer ar. non eſt: quia verbū domini cōtempſit ⁊ ꝓcepta eius fecit irrita. Contritione cōtereꝫ. Adiungit aūt quare cōteraꝫ dicens: peccatū eius in illo: et ideo ſi tali peccato debitā contritionē adhibeat penitendo coz contritū deus non ſpernet: q̄uis in greco dictū nō ſit: ꝓtrition cōtereꝫ: qz ita pōt accipi quaſi omnīmō terēdo extinguaꝫ: vel exte
Eccl.6.d raꝫ: vt nō ſit. Sed anima immortalis eſt: et ſi qō exteritur omnino efficeretur vt non ſit: non dice retur de ſapientia: Hradus boſtiozū eius exte raꝫ pes tuus. Sed illa diſcretio conſiderāda eſt: vtrum nemo peccet: niſi aut ignarus aut victus aut contemnēs vnde nunc longū eſt diſputare.
d Cunqz educiſſent ꝛc. Jſido. Calūniank impij q̄ tam atrociter iuſſu dei ab omni pplo truci
1.Coz.10.c daſt: qz ligna collegit in ſabbato. Sed omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſūt aūt ad coz rectionē noſtrā. Qui enī die ſabbati violare au ſus eſt: dū ligna colligeret: ⁊ ideo punitus eſt. ſi gnificauit eū qui bodie in chriſto ſignat⁹ inueni tur agere carnale opus. i. contrahere ligna: fe
Ibidē.3.c num: ſtipulam: in eſcam ignis eterni: qui ſi fue rit deꝑhenſus: lapidaꝫ et occidik: quia a ſpiritalibus iudicatur.

Fimbrias

per eum ad vos a die qua cepit a
iubere ⁊ vltra: oblitaq; fuerit fa
ſ christum.
cere multitudo vitulum offeret
ſ patriarcharum ſtirpe.
de armento holocaustū in odo/
a ſ panē et vinū in memoriā paſſionis xp̄i.
rem ſuauiſſimum dño: et ſacri/ b
ficiū eius ac liba vt cerimonię
a ſ christū in ſimilitudine carnis peccati. b ſ humani generis.
postulant: hircūmq; ꝓ peccāto:
ſ christus aduocatus noſter.
Et rogabit ſacerdos ꝓ oīi mul
titudine filioz⁹ iſrael: et dimit
teť eis: quoniā non ſponte pec c
cauerūt: nihilominus offeren/
a ſ oratione cū teſtimonio: ⁊ elemoſyna.
tes incēnſum dño pro ſe ⁊ pro
peccato atq; erroze ſuo: et di/
mittet vniuerſe plębi filiozum
iſrael et aduenis qui peregri/
nantur inter eos: quoniaz cul/
pa eſt omnis populi ꝓ ignoran
tiam. Qz ſi anima vna neſciēs
ſ penitentiā ſcz ſtudioſe agēs et omnino a pec
cato recedens.
peccauerit offeret caprā anni/
culā pro peccato ſuo: ⁊ deprека
ſ vel pro peccato. ſ christus. ſ.
b bitur pro ea ſacerdos q̄ inſcia
peccauerit coz̄ dño: impetra/
bitq; ei veniam: ⁊ dimittet illi.
Tā indigenis q̄ aduenis vna
lex erit omnium q̄ peccauerint
ignorātes. Anima vero quę p d
a ſ cōtemnens ꝓceptum domini.
ſuꝑbiam aliquid commiſerit:
ſiue ciuis ſit ille ſiue peregrin⁹:
qm̄ aduerſus dominū rebellis
a ſ de numero. ſ. eozū qui ad deum ꝑtinent.
fuit: pibit de pōpulo ſuo: Cler/ e
bū enī dñi cōtēpſit: ⁊ ꝓceptū illi
b Demittato sacerdotio. hic ꝓsequenter adiungitur oneris impositio. et primo inq̄tuz sacerdos est mediatoꝛ populi ad deum. secundo eō/ uerso inq̄tuz est mediatoꝛ dei ad populum ca. sequēti. Prima in duas: quia primo onus imponitur. secundo merces retribuitur. ibi: Locutusq; ē dominus. Circa primuz dicitur: Jritq; dominꝰ ad aaron. mediante tamen moyse: vt dicit Ra. Sa. b Tu ⁊ filij tui ⁊ domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij: id est habebitꝭ illa que offerūtur in sanctuario pro peccatis populi: vt exponunt aliqui. Sed ista expositio non videtur conueniens: quia portare ⁊ sustinere designant onus impositum. receptio autem oblationum non est sacerdotibus onerosa. ideo aliter exponitur referendo ad finem capituli precedentis: vbi queritur remedium ꝓtra periculū moꝛtis in populo: si indebite aliq̄ accederent ad diuina. vt sit sensus: c Et tu et filij tui sustinebitis peccata ⁊c. id est si aliqui se ingerent ꝓ vestram negligentiā: nō solum punientur ꝓ sua temeritate: sed ⁊ vos ꝓ vestra negligentia. ⁊ ideo vobis incumbit onus arcendi eos: ⁊ diligenter ꝓcauendi ne aliq̄s indebite accedat. d Sed ⁊ frēs tuos de tribu leui ⁊c. sume tecum ꝓstoq; sint. sz ad officia sibi cōuenientia: vtpote in custodia vasoꝝ ⁊ portarum ne aliquis indebite se ingerat. e Tu autem ⁊ filij tui ministrabitꝭ in tabernaculo. leuitꝭ enī ſi erat licitū ingredi nisi in motione castroꝝ quando vasa sctā erant inuoluta: vt ea portarēt. f Ne tu illi moꝛiank. ꝓpter suā temeritatē. g Et vos pereatis simul ꝓpter vestrā negligentiaz. ⁊ sic patet q̄ impositum erat sacerdotibus reꝓmere leuitas: ⁊ leuitis populum.

h Ego dedi vobis fratres vestros leuitas. nō ad faciendum opera vestra exteꝛioza in domib⁹ vr̄is: ſz ad seruiendu⁊ in ministerijs tabernaculi. ideo subditur: Et tradidi donum domino. Sequitur:

✠ Tu autem ⁊

℣ quia pontifices ⁊ sacerdotes nō quorūcūq; sed sctōrū pecca/ta sumūt. Sanct⁹ enī est q̄ peccatū suū p pontificem curat.

a ¶ Tu aūt ⁊ filij ⁊c. Orige. Alia lra. Tu aūt ⁊ filij tui tecum in ꝓspectu tabernaculi testimonij obseruate custodias vras ⁊ altaris tabernaculi ⁊c. Obseruare diligēter cōuenit q̄ scri/

L pta sunt: ⁊ eos p̄cipue q̄ in ordine sa/cerdotali gloriant. Qui aūt obseruat ⁊ faciat q̄ sacerdotib⁹ mādata sunt: et q̄ vtatur ordine ⁊ ore sacerdotali ope/ra vero nō obseruet: solus nosse pōt q̄ scrutatur corda ⁊ renes. Mandantur aūt obseruari nō solū ea q̄ fozis sunt: sed p̄cipue q̄ intra velū sunt: q̄si cu/ra sit sacerdotib⁹ euidētia ⁊ manifesta diuine legis mādata implere: ⁊ myste/ria abscondita oñi pspicacia intueri. Si vero ad hominem velit referre ta bernaculū testimonij (Paulus enim corpus homīs tabernaculū dicit) in/teriora velaminis vbi inaccessibilia te gunt: principale cordis dicem⁹: qō so lum recipe potest mysteria veritatis. Duo vero altaria. i. interius ⁊ exteri⁹ (q̄n altare ozōnis indiciuz est) illud

1.Co.14.c puto significare qō dicit Aplūs: Oza/bo spiritu: ozabo ⁊ mente. Cū enim in corde ozauero: ad altare interi⁹ ingre

Mat. 6.a dior. Unde: Tu aūt cū ozaueris intra in cubiculū tuū ⁊ claude ostiuz et oza patrē tuū in absc̄dito. Qui ita ozat: ingredit ad altare incensi qō est interi⁹. Qui vero clara voce ⁊ verbis cū sono psalatis vt edificet audiētes: spiritu ozat: et offert hostiā in altario qō est foris ad holocaustū populi con stitutū. Oportet ergo sacerdotes ea p̄cipue curare: que intra velū interius tegunt: ne q̄d ibi pollutū inueniat: interioꝛē. s. hoiem ⁊ cordis secreta vt ibi immaculata pmaneāt. Cherubin ⁊ ꝓpitiatoriū scientia est intelligēda trinitat⁹. Cherubin quidē multitudo: id est p̄fectio scie nōis tēp⁹ tat: et q̄ est alia p̄fectio scie niſi agnouisse p̄em ⁊ filium ⁊ spūsctū. Hec q̄ cu randa sunt a sacerdotib⁹: vt incōtaminata ⁊ illesa seruentur. Urna vero hūs celestē cibū manne thesaur⁹ diuini verbi est. Arca aurea in q̄ sunt tabule testamēti mens nr̄a est in q̄ legē dei descriptā hr̄e debem⁹. hec debet esse aurea. i. pura et p̄cio/sa: in qua lex dei sit scripta. nō atramēto: sed spū dei viui. non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus. Unde:

Ro.2.c ¶ Qui ostēdūt opus legis scriptū in cordib⁹ suis. Scripsit aūt de⁹ in cordib⁹ eoꝝ digito legē naturalē: quā dedit dñs hūa/no generi ⁊ in cūctoꝝ mētib⁹ scripsit: vnde initia sumimus: ⁊ femina quedā ad p̄scrutandā veritatem q̄ si bene excolamus

Allego. fructū vite afferēt nobis. ¶ Tu aūt ⁊ filij tui. Allego. Per/fectiozes. s. in ecclia ⁊ sancti doctozes: quoꝝ officiū est sacra/mēta diuīa manib⁹ cōtrectare: et vasa sctā. i. scripture mysti/ca verba ventilare ⁊ ad intellectū ꝑducere. Cetera aūt tur/ba mediter diligēter q̄ cape pōt ⁊ q̄ magistroꝝ discretio iu/bet. b ¶ Si q̄s ⁊c. Hō de tribu leui. Ozias enī de tribu iu/da: q̄ vsurpauit sacerdotiū lepra p̄cussus est. c ¶ Locut⁹ est dñs ⁊c. Orige. Alia lra. Locut⁹ est dñs ad aaron dicēs: Ecce dedi vobis ad ꝓseruandū p̄mitias. Alij tñ ad obſuan dū: sed veri⁹ ad ꝓseruādū. Querēduz est aūt quō sm legem p̄mitie obseruenk. Hō enī vt custodiāt sacerdotes accipiūt: sed vt consumāt. hoc ergo ad legē littere nō applicat: sed ad legē spirit⁹. Spiritales enī p̄mitie ꝓseruari possunt: littera/les nō p̄st. Chr̄istus p̄mitie est vere: q̄ ad ꝓseruandū nobis date sunt. Beatū est enim vt ania que chr̄istū suscepit semper ꝓseruet ⁊ semp habeat. Que aūt offerebank in lege cōsume/bank: ⁊ in ventre digerebanf in secessum. Das aūt p̄mitias q̄ māducauerit: ⁊ gustauerit panē qui de celo descēdit: nō mo

Joh.6.c rietur in eternuz. Hic est enī panis q̄ cū semp comedak semp pmanet: imo augeť. Quāto enī ampli⁹ verbū dei sump̄seris: tanto abundabit. d ¶ Pimitiaꝝ. Pimitie litterales ꝓsu munk: spūales custodiunk. Quāto enī verbū dei ampli⁹ sū/pseris: tanto abūdabit. e ¶ Omnia que sanc. a fi. ſ. Orige. Alia lra. Ex oīb⁹ que sanctifick mihiā a filijs isr̄l ⁊c. Hō vult de⁹ accipe p̄mitias niſi a sanctificat⁹ isr̄l. Inuēiunk enī apud gentiles opa digna deo. Excoluerūt enī aliq̄ virtutes animi: ⁊ pbia in nōnullis aliq̄d egit. Ex illis vult de⁹ benefacta su/scipere quoꝝ mens videt deū: ⁊ q̄ sancti sunt p fidē dei. Henti lis aūt etiā si q̄d bonestū habeat in moib⁹ (q̄ nō deo: ſ⁹ sibi

℣ ascribit) nō sanctificaf: nec inter p̄mitias recipit. Orige. Videť aūt sm lram ꝑselytos excludere: solos aūt sanctifica/tos ex filijs isr̄l vult offerre p̄mitias. Puto aūt ꝓselytū ex eo dici. q̄ nō licet ei ecclesiam ingredi. Scriptū est enī: Nō abo- Deu.23.b minaber⁹ idumeū: q̄ frater tu⁹ est. nec egyptiū: q̄ incola fuisti

a culi eius: Tu autē ⁊ filij tui custo a
dite sacerdotiū vestrū: ⁊ oīa que
ad cultū altaris ꝑtinent et intra
velum sunt: per sacerdotes admi
b nistrabūtur. Si quis externus ac b
c cesserit occidetur. Locutus ē do/ c
min⁹ ad aaron: Ecce dedi tibi cu
d stodiā p̄mitiaruz mearum: Oia d ↦
a ℣ nō a ꝓselytis: nō a gentilibus.
f que ſctificantur ā filijs israel tibi e
tradidi ⁊ filijs tuis ꝓ officio sa/
℣ spiritualiter. i. intellecta.
cerdotali legitima sempiterna.
a ℣ q̄ p se sancta non sunt.
g Hec ergo accipies de his q̄ sāc/
tificank et oblata sunt domino.

tus. Hō enī aliūde accedit ei sanctificatio: nec initiū sanctita/tis accepit. Jdē de p̄e ⁊ filio intelligēdum est. Sola enī trini/tas substātia est: q̄ nō extrinsec⁹: sed sui natura sctā est. Oīs enī creatura vel spūssancti dignatione vel meritoꝝ rōne sctifi/cata sctā dicit. Unde: Sancti estote q̄ ego sctūs sum ⁊c. Hō enī Leui. 19.a eadē sctitas in deo ⁊ hoie ponēda. De deo enī ōr: q̄ sctūs est. hominbus aūtē quasi q̄ nō semp fuerunt iubeť vt fiant sancti. Ubi aūt habem⁹ nos: sancti estote: in greco habeť. sancti essi/cimini. Sed nr̄i interp̄tes indifferēter estote. p efficimini posu/erūt. Unuſq̄sq̄ ℣ nr̄m exq̄ se deo vero corde mācipauit: sctūs efficit. Uere aūt ⁊ semp sctūs solus est de⁹. Unde. Qui enī sctifi Hebr.2.c cat ⁊ q̄ sctificank ex vno oēs. Hō aūt putes esse ꝺtrariū q̄d de xp̄o legim⁹: Quē p̄ sctificauit ⁊ misit ī hūc mūdū. Qui enim sctificaf sm carnē: xp̄s est: nō sm spm̄. Scōm spm̄ pariť et sm carnē dicit: Ego sctifico meip̄m. p eis: vt q̄ sctificat sm spm̄ in telligaf. q̄ aūt sctificaf sm carnē: vnus tñ ⁊ idē xp̄s. Ab oīb⁹ ergo fructibus sanctificate sunt offerēde p̄mitie: sed spiritali pontifici. Fruct⁹ aūt spūs est: charitas: gaudiū: pax: patien/ Gal.5.d tia ⁊c. Sūt aūt p̄mitie charitat⁹ vt diligat deū ex toto corde: ⁊ ex tota aīa: ⁊ ex tota mēte. Ex hoc charitatis fructu scōo ha bere debeo: vt diligā. p̄imum sicut meip̄m. Ille ergo p̄mitie Mat.22.d charitatis deo offerūtur p pontificē. q̄ scōo loco sunt meis vſi bus relinquūtur. tertio aūt loco ex hoc fructu diligere debeo etiā inimicos meos. Orige. Pimitias oīm gregū sacerdo/tibus lex mādat offerri: ita vt oīs q̄ possidet agrū: vineā ⁊ oli uetum hortū: ⁊ si q̄d exerceť in terris: ⁊ q̄ peculia cuiuscq̄ peco ris nutrit: offerat deo oñe q̄d p̄imū est. Deo enī offerri dicit q̄d sacerdotib⁹ daf. hoc enī ex lege docetur: q̄ nemo legitime vtitur fructib⁹ vel pecoꝝ⁹: nisi deo. i. sacerdotib⁹ ex singulis p̄mitie offerank. Hanc q̄ legē sm lram sicut alia nōnulla ne/cessario obseruādā puto. Sūt enī aliqua mādata etiā in nouo

## Nico. de lyra

℣ testamēto

a ¶ Tu autem ⁊ filij tui custodite sacerdotium vestrū: id est sa/cerdotale officium quod seruaf debite ministrando: ⁊ perdi/tur indebite exercēdo: sicut nadab ⁊ abiu mortui sunt offeren/do ignem alienum: vt habetur Leuit⁹. x. b ¶ Locutusq̄ est dominus. Hic describitur retributio ꝓ labore: ⁊ primo q̄tū ad sacerdotes generaliter. secūdo q̄tum ad leuitas. ibi: Fi/lijs autem leui. tertio q̄tum ad summum sacerdotem speciali ter. ibi: Locutusq̄ est dominus. Quātum ad primum dicit:

c ¶ Ecce dedi tibi custodiam p̄imitiarum mearum. et dicitur custodiam: quia non oportebat talia comedere p̄ima die ⁊ se/cunda tñ: sicut de aliquibus sacrificijs quorum ꝛeliquie non poterant reseruari ꝓ victu sacerdotuz ī tempus magis lon/gum. d ¶ Omnia que sanctificantur. hoc est deo ꝓmittū/tur per votum. e ¶ Tibi tradidi ⁊ filijs tuis ꝓ officio sa/cerdotali: id est ꝓ labore officij.





℣ testamēto necessario obseruāda. Sunt tamē qui dicāt: Si ali quid obseruak sm lram: cur nō omīa? Si vero spiritaliter in telligēda: spiritaliter sunt omīa discutiēda. Nos au tē vtriuſq̄ assertionis insolētiam rēperātes: quid in his obseruandu sit auctoritate scripturarū proferem⁹. Scriptum est enī: Lex

Ps.18. dñi irrep̄hensibilis cōuertēs animas: testimoniuz dñi fidele sapiam p̄stans paruulis. Preceptū dñi lucidum illu

Ibidem mināns oculos: timor dñi castus pma. in se. se. Justicie dñi recte letificantes corda. Judicia dñi vera ⁊c. Misi eēnt hec singula diuersa: nō q̄rias differē tias vnicuiq̄ scriptura dediſſet: vt ali

Ibidem ud de lege domini: aliud de mādato: aliud de iustificatiōibus: aliud de iu/dicijs diceret. Aliud q̄ lex: aliud p̄ce/ptum: aliud testimoniū: aliud iudici/um: aliud iustificatio. Uñ alibi: Hec est lex ⁊ mādata: ⁊ iustificatiōes: ⁊ p̄/cepta ⁊ testimonia ⁊ iudicia que p̄cepit dñs moysi. Diligenti⁹ ergo his q̄ recitantur in lege intēdamus. Sicubi enim scribitur esse mandatū: nō conti nuo lex accipiēda est. Justificationes quoq̄ nō statim lex aut mandatū pu/tande sunt. Testimoniuz enim aut iu/sticia nō confuse vnū ex ceteris: sed di stincte accipiēdum est. Cum q̄ dicitur quia lex habz vmbram futurozū: non ideo mandatum vl̄ iusticia vl̄ iudicia vmbre sunt futurozū. Hec est enī scri/ptum hoc est mādatū pascbe: sed hec est lex pasche. Jn oue ergo corpozali

1.Co.5.c debeo intelligere vmbrā esse futuri boni. ⁊ quia: Pascha no strum immōlat⁹ est chr̄ist⁹. Similiter etiam inuenies de aḡis mis ⁊ de aliis festoꝝm diebus obseruantijs scriptum. Quia ergo hec omnia sub legis titulo scribunk in lege: q̄rere debeo q̄ sunt aḡyma futurozū bonozū. ⁊ inuenio apostolū dicentē.

Ibidem Non in fermēto veteri neq; in fermēto malicie ⁊ nequicie ⁊c. Scriptū ē quoq;: Hec est lex circūcisionis. Quero ergo quid circūcisionis vmbra bonozū cōtineatur futurozū: ne mihi in

Gala.5.a vmbra circūcisiōis dicat Paulus: Si circūcidimini chr̄istus vobis nihil ꝑdest. Hec ergo singula q̄ nō sm lram obseruan da dicit Aplūs: inuenies apud moysen legis titulo signari.

¶ Orige. Ubi vero dicit: Hō occides: nō adulterabis ⁊ hu/iusmodi: legis titulū nō p̄misit. Hec enim mandata sunt: ⁊ iō nō erinaniunk apud discipulos euāgelij: sed implētur. Non enim mandatū: sed lex vmbrā hr̄e futurozū dicitur bonoruz.

¶ Orige. Notandū vero q̄ lex duplicit dicit. Generalit enī omnia hec mandatū: iustificatiōes: p̄cepta: testimonia: iudi/cia: lex dicuntur. Specialit aūt aliqua pars eoꝝ q̄ in lege scri pta sunt: vt supradicta. Generaliter vero lex significatur cum

Mat. 5.b dicit: Hō veni soluere legē: sed adimplere. Et alibi: Plenitu/

Ro.13.c do legis est dilectio. Omnia enim q̄ in lege scripta sunt: lege

Deu.16.c nominauit. ¶ Orige. Alibi quoq;: Juste inquit sectare q̄d iu/stum est. Et q̄d opus est etiā in his allegoriā q̄rere: cum edifi cet lra? ¶ Orige. Quero quoq; si aliqua q̄ sm lram sunt sta re possunt: necessario etiā allegorice intelligank. Scriptuz est

Mat.19.a enim in lege: Propter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrē et adherebit vxori sue ⁊c. Oꝛ hec allegorica mysteria cōtineant

Ephe.5.g Paulus. p̄nūciat dicēs: Mysteriū hoc magnū est ⁊c. Oꝛ au tē oportebat etiaz sm lram custodiri ipe dñs ostēdit dicens:

Deu. 2.d Scriptū est: Propter ꝺ relinquet hō patrē ⁊ matrē: ⁊ adhere bit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Quod q̄ deus cōiun

Gala.4.c xit hō nō separet. Oꝛ autē abzaam duos filios habuit: vnum de ancilla: ⁊ vnum de libera. quis dubitat sm lraz stare? Ad/

Ibidem iecit autē Aplūs: Hec aūt sunt allegorica. a ¶ Omīs obla tio ⁊c. Orige. Est autē sapiētis scribe ⁊ docti de regno dei vt sciat de his thesauris ꝑferre noua ⁊ vetera: ⁊ quō penit⁹ lit/teram occidentē abijciat: ⁊ spūm viuificantē req̄rat: vt cōfir/met vtile ⁊ necessariā lr̄e doctrinam: aut manēte historia etiā mysticum sensum introducat: sicut in p̄senti loco.

¶ Orige. Utile est enim sacerdotibus euangelij offerre p̄mi/

1.Co.9.b tias: vt q̄ euangelium annūciāt de euāgelio viuant. Impiū est enim vt q̄ ingrediť ecclesiā dei: q̄ scit sacerdotes ⁊ ministros assistere altari ⁊ xbo ꝺi: aut ministerio ecclesie defuire nō of ferat sacerdotibus p̄imitias de fructibus terre quos dedit dñs: solem suū ꝑducendo ⁊ pluuias ministrando. Qui enī

℣ sibi datos fructus a deo credit: scit munerādo sacerdotes ho/nozare deum de munerib⁹ suis. Unde: Ue vobis scribe ⁊ pha- Mat.23.b risei hypocrite qui decimatis mentū ⁊ cyminū ⁊ anetū: ⁊ pre/teritis que maiora sunt legis. hypocrite hec oportet fieri: et illa non omitti. Ault ergo dñs hec ſm lram non omitti. Ad discipulos quoq; ait: Misi abundaue- Mat.5.c rit iusticia vr̄a plus q̄ scribaz ⁊ pha/riseoꝝ nō intrabit⁹ in regnū celozum. Quod q̄ vult a pharisēis: multa ma/gis a discipulis. Quod aūt a discipu lis nō vult fieri: ne a pharisēis. Unde dictū est antiq̄s: Nō occides: hoc ser- Ibidem uant pharisei. discipulis aūt ꝺr: Qui iraſcit fratri suo reus erit iudicio.

¶ Orige. Chr̄ist⁹ nos redemit de ma- Gala.3.b ledicto legis: nō de maledicto mādati vel testimonij vel iudicioꝝ: ne. s. subie cti essemus circūcisioni carnis: et sab/batoꝝ obseruationi: ⁊ hmōi que cōti nenť in lege: nō in mādatis. Abūdat ergo iusticia nostra plus q̄ scribaz ⁊ phariseoꝝ. Si illi de fructib⁹ terre gu stare nō audent: p̄mus q̄ p̄imitias sa/cerdotibus offerant: ⁊ leuit⁹ decimas separent. Ego autē nihil hozū faciens fructib⁹ terre ita abutar: vt sacerdos ⁊ leuita ⁊ dei altare nō sentiat.

¶ Orige. Petrus quoq; ⁊ Paulus p se p̄imitias credētiū offerūt. Unde Paulus dicit: Quia ab hierl̄m vsq̄ Ro.15.c ad illyricū repleuerim euāgeliū xp̄i: vbi nō nominat⁹ est chr̄ist⁹: ne sup ali enū fundamentū edificarēt. Omnes ergo quos docuit tanq̄ fruct⁹ suos offert: ⁊ quotidie q̄rit no/uos agros quos excolat: ⁊ noua rura q̄ seminet. Uñ ait: Cu- Ibi.1.b pio venire ad vos vt aliquē fructū habeā in vobis sicut in ce teris gentib⁹. Ex his oñibus electa queq; signat: ⁊ singularū ecclesiaz eligit ⁊ offert p̄imitias. ¶ Orige. Quisq̄s etiaz do/ctoz q̄ docet: p̄dicat ⁊ instruit auditores agrum ecclesie su e. i. credentiū corda videt excolere. Habet quoq; culture sue fru ctum: ⁊ in fructu electū aliquē ⁊ p̄cipuū quē quasi p̄imitias offerat: ⁊ aliū ꝓ primogenitis: alium ꝓ decimis. ¶ Orige. Habet forte aliqs primogenitos ⁊ inferiores: quos neq; ꝓ p̄i mitijs neq; ꝓ primogenitis: sed ꝓ decimis possit offerre.

b ¶ Jure ꝓpetuo. Quō potest eternum esse quod visibile est? Que enim videnk temporalia sunt. p̄imitie autez que offerun tur aaron: visibiles sūt: circūcisiōem quoq; ⁊ aḡyma: ⁊ pascha visibile: est necesse eternum nō esse: sed temporale. Jnuisibilis ergo circūcisio q̄ in occulto est: eterna est: ⁊ aḡyma sinceritatis 1.Co.5.c ⁊ veritatis. Sic ⁊ bec ei q̄ nō in manifesto sed in occulto iude⁹ Ro.2.d q̄ spiritu nō littera legē custodit sm interiozes hoiem legitima eterna dicunt. c ¶ Omnē medullā ⁊c. Orige. ostēdūm⁹ mā/datū de p̄imitijs frugū vel pecoꝝ⁹ debere etiā sm lram stare: videam⁹ quō spiritaliter intelligaf. Hic enim ait: Oīnes p̄i/mitie olei: vini ⁊ frumēti: hozū omniū p̄imitie que oblate fue rint dño mo tibi ea tradidi. Si autē omēs p̄imitie ad pontifi cem ꝑtinent: pontifex reḡrēdus est ad q̄d p̄imitie debeāt etiā ille p̄imitie quas in alijs locis etiam inuenim⁹. De christo au tem legim⁹ quia sit p̄imitie mortuozū. est ergo in aliqua parte 1.Co.15.c p̄imitie. Dicit etiā Apostolus de quibusdam q̄ sunt p̄imitie Ibi. vlti.c asie: ⁊ alij achaie p̄imitie. Consequens ergo est p singulas ec/clesias aliquos p̄imitias nominari. de quib⁹ est Cornelius q̄ Act. 10.d cesariensis ecclesie cū his qui cū eo spiritūssanctū susceperunt p̄imitie dicit: ⁊ forte omniū gentiū de q̄bus p̄m⁹ credidit et p̄imus spiritūsanctū meruit. Ager aūt mūdus dicit. Ager au Mat. 13.c tem nō terre solū sed corda humana: que angeli erceperunt ex colendum. Culture ergo sue fructus ipsi possident: eos. s. qui sub ꝓcuratorib⁹ ⁊ auctorib⁹ agūt: ⁊ nōdū ad summā etatis p/fectionē puenerūt. Perfectos vero tāq̄ electos ⁊ p̄cipuos of ferunt p̄imitias pontifici magno. Jnuenim⁹ ipsum Cornelīū

## Nico. de lyra

℣ anteq̄

a ¶ Jn sanctuario come. illud. ⁊ sic determiat locū. b ¶ Ma/res tñ edēt. ⁊ sic determiat serū q̄tū ad sacrificia p̄dicta.

c ¶ Pimitias ā⁊c. seq̄t: Qui mūdus ēt domo tua vescet⁹. Licet possent comedi a masculꝰ ⁊ mulierib⁹: vtpote vroꝝ ⁊ fi/liab⁹ sacerdotū: tñ ñ erat licitū īmūdis. d ¶ Oēm medul. q̄ p̄imitie debebāt dari de meliozi q̄d significat ꝓ medullam.

Universidad de Navarra

Ber. 10.b ¶ anteq̄ doctrinā verbi vel gratiā baptismi a ꝑtro suscipe-
rent audisse ab angelo q̄ oratiões eius & elemosyne ascendissent
ad deū. vnde p̄ angelū videtur quasi primitie deo oblatus.
¶ Christus est primitie primitiarū. Cornelius primitie genti-
um. Alij primitie ecclesiarū: sicut q̄dā p̄mitie alie. alij achaie.

¶ Orige. Aderit vnusquisq; angelor
l cōsūmatiōe seculi in iudicio: pduces
secū eos quibus prefuit: q̄s inuit: q̄s
instruxit: p quib⁹ semp vidit faciem
patris q̄ in celis est. Et puto ibi inqui-
rendū vtrū culture hominū angelus
defuerit: an culture angelice non di-
gne humana segnicies responderit?
Erit ergo & in hoc iudicio dei vtrum
negligentia ministrozū qui in ministe-
rium z aditorziū missi sunt ꝓpter eos
qui hereditatē accipiūt saluis: an no
stra ignauia tot lapsus nobis eueni-
ant. Erit ergo etiā in homies & ange-
los iudiciū dei. Et forte iudicabūtur
aliqui cū ꝓaulo: & cōferent laborib⁹
& fructib⁹ eius q̄ ex multitudine credē
tium veniunt: & forte inueniet fortior
1.Co. 6.a aliquib⁹ angelis. Unde: An nescitis
quoniā angelos iudicabimus? nō q̄
ꝓaulus iudicet angelos: sed opus
ꝓauli iudicabit aliquos. Hinc fortas
1.Pe.1.c sis ꝓetrus ait: In quē ꝓcupiscūt
angeli etiā cōspicere. Quis etiā apo-
stoli angelis viantur adiutoribus ad
Act. 12.c p̄dicatiōis officiū cōsūmādū. Ita in actib⁹ aplor dicebat: q̄
angelus ꝑetri esset q̄ ad ostiū pulsaret. Sic ergo intelligit
esse angelus ꝓauli & cuilibet aplī: & singulor p ordinē vel
pro meritis: q̄s in laborib⁹ & doctrina vl aplor vel reliquo-
rū doctor necesse est p̄mas partes hr̄e: & aliarū que p eos ꝓfe
cerunt fructū cū his p q̄s operati sunt ad areā dñi cōportare.
Erit g̈ in ꝯgregatiōe fructuū. i. electioe credētiū q̄ fuit illius
ecclie p̄cipuus & eximius p̄mitie. Supior vero illius ecclesie
Deb. 10.a primogenit⁹ ab illo archangelo oblat⁹. Unde g̈ q̄ adumbra
tū est in lege (qm̄ lex vmbrā habet futurorū bonorum) alio
quodā modo p angelor ministeria in futuror bonor verita
te cōplebit: vt q̄ formata sunt in israel q̄ est ſm carnē: in veris
israelitis impleanē. Homen enī israelis ad angelos puenit q̄
tāto verius israel appellanē: quāto veri⁹ sunt mēs vidēs deū.
hoc enī israel interptaē. Sicut enī quedā noīa gentiū vel p̄n
cipū ad angelos malos referunē: vt pharao rex egypti. Na
buchodonosor: rex babylonis: vel Assyrius ita q̄ de sanctis
viris & de gēte religiosa scribunē: & ad scīos angelos referun
Esa. 37.g tur. Un̄ Esaias de Nabucho. Et inducā gladiū sup gentem
magnā & sup p̄ncipē assyrior. Et alibi: quasi de principe cu-
Ibi. 14.c iusdā gentis: Quō cecidit lucifer q̄ mane oriebaē? Or aūt in
Gen. 11.b genesi legim⁹ deū ad angelos loquentē: Uenite ꝯfundamus
linguā eor. purandū est q̄ diuersi angeli diuersas in boībus
linguas & loq̄las opati sunt: Uerbi gra: Un⁹ vni homini lin
guā impsuit babyloniā: alius egyptiā: ali⁹ grecā: & sic fortasse
diuersar gentiū ipi p̄ncipes fuerunt q̄ lingue & loquele vide-
bank auctores. Manserat autē lingua p adaz p̄mit⁹ data. i.
hebrea in ea parte boīm: que non angeli vl p̄ncipis: sed dei
portio est. ¶ Orige. Offerūt g̈ angeli ex nobis p̄mitias: & ex
colit q̄s q̄ studio se ab errorib⁹ gentiū ꝯuertit ad deū: & est
Deu. 32.a q̄s in portiōe vel cura illius vl illi⁹ angeli. Et sicut ab initio
cū diſpgeret de⁹ filios adam: statuit fines gentiū iuxta nume
rū filioꝝ vel angelor dei: & quecq̄ gens sub illo vl illo ange-
Ibidem.b lo facta est. israel autē pars dñi & funiculus hereditatis eius.
Ita credo in fine mūdi hui⁹: & in initio alteri⁹ seculi futuruꝝ:
vt iteꝝ diuidat & celsus filios adaz: & q̄ nō poterunt tam mū
di esse corde: vt ipm videāt deū: & esse portio dñi vel scīos an-
gelos videāt: & sint ſm numeꝝ angeloruꝝ dei. Optabile est g̈
ita ꝓficere quēq̄ vt inter p̄mitias vel p̄mogenita eligatur: & ꝑ
deo offerāt tanq̄ pars eius. Si min⁹ vl scīor angelor pars
Ps. 62. esse mereaē. Dūmodo non iuueniaē inter illos de q̄b⁹ dr: Jn-
troibūt in inferiora terre: tra. in ma. gla. par. vul. erūt. hoc ē
demonū. De sunt enī vulpes q̄ exterminānt vineas: ex quibus
Luce. 13.g erat herodes. de q̄ dr: Ite dicite vulpi huic: Refugiamus g̈
terrenos act⁹ & intelligentiā terrenā ne introeam⁹ in inferio-
ra terre. Introeunt enī q̄ legē dei & ꝓmissionū bona terrena
intelligēcia excipiūt: & nō excitāt animas terrenor ad expecta-
Colos. 3.a tionē celestiū: vt q̄rant q̄ surſuz sūt: nō q̄ sup terrā.

¶ Orige.

¶ Orige. Offerunt angeli p̄mitias vnusq̄sq; credo gentis sue
& ecclie sue: q̄bus Jobes in apocalypsi scribere videē: angelos
Apo. 1.b septem ecclie ephesi: smyrne & laodicie &c. Offert g̈ quisq; p̄mitias
gentis sue: vel ecclie que ei dispensanda cōmissa est vl forte ex-
trinsecus & alij angeli sunt q̄ ex oībus gentibus fideles ꝯgre-
gēt. Et ꝓsiderem⁹ ne forte sicut in aliq̄
ciuitate vbi nōdum x̄piani sunt: si q̄s
docear instruat et postea ibi princeps
eius fiat: ita sancti angeli eos quos
e diuersis gentib⁹ ꝯgregauerūt: si p̄
ficere fecerint: in futuro p̄ncipes fiant
Apo. 19.c & rectores: vt x̄ps dicaē rex regum et
dñs dñantiū. Si enī sunt reges eorū
q̄s regūt & p̄ficere faciūt. Ipi g̈ offe-
runt quosdā quidē pontifici: quosdā
filijs pontificis. i. supiozib⁹ virtutib⁹
& archangelis: quosdā leuit⁹. i. paulo
inferiozib⁹: si angelici ordines vt israe
lite distincti sunt: cū ipi dicaē vmbre
& exemplari deseruire celestiuꝝ. Forte
ergo in futuro cū oēs fructus ꝯgrega
bunē ad areaz: erit quidā portio ve
ri pontificis. i. x̄pi: alij leuitaꝝ vel an
gelis vel alijs celestib⁹ virtutibus se
gregati. quidā & portio hominū: q̄ in
hac vita prudentes dei dispensatores
fuerunt: vnde ei cui dñs crediderat
Luce. 19.c q̄nq̄ mnas: & fecerat decem. ait: Esto
potestatē habens sup decem ciuitates
&c. Que enī hic ptās sup ciuitates in
telligitur nisi gubernacula aniarū. Unde mihi videē q̄ inter
angelos alij p̄cipatum & ptātes sup alios gerāt. alij subiace
ant & obtemperēt potestati. Sic nec ille cui potestas decē ciui
tatum vel q̄nq̄ daē imerito ad hanc puenit potestatem. Om
nia ergo apud deū rōne & iudicio fiunt: nec ad gratiā: sed pro
merito. alius princeps multoꝝ esse ponitur: alius principatui
subiectus. ¶ Idem. Agri angelor corda nostra sunt: ꝺsq̄ eoꝝ
ex agro quem colit offert p̄mitias dño. ¶ Orige. Sicut chri
stus est rex regū: ita p̄mitie p̄mitiaꝝ: q̄ nō pontifici iā sed deo
oblate sunt: q̄ scīm hostiā obtulit deo: et surgens a mortuis
Hebr. 9.a sedet ad dexteraā dei. Dicit⁹ autē p̄mitie & p̄mogenit⁹ totius
Ephe. 1.d creature. Quod vtrū sic p singulas creaturas intelligi debe
at: vt inter homies p̄mitie dormientiū & vigilantiū: an cel-
sioꝝ & diuiniozi intelligētia: nō est p̄ntis temporis ꝓsequi.

Sed & si merer ego magnū & summū pōtificē dignū offer
re sensum: vt ex his que loq̄mur & docem⁹ aliquid egregium
summo pontifici placeret: poterat angelus q̄ preest ecclie ex oī
bus dictis nr̄is aliq̄d eligere: & loco p̄mogenitoꝝ vel p̄mitia
rum de agello nr̄i cordis dño offerre. Sed vtinā pro his q̄ lo-
quimur dānari nō mereamur: sufficeret nobis hec gratia.

a ¶ Uniuersa fruguz initia q̄ gignit
ſ corda humana.
humus & domino deportank: ce
dent in vsus tuos. Qui mūdus
est in domo tua vescer eis. Ome
qđ ex voto reddiderint filij israel
ſ primogenita sunt que cum mulie-
ribus non sunt coinquinati vel mareyres.
b tuū erit. Quicquid primū erum- a
pet e vulua cunctę carnis quam
ſ rationabilibus.
offerunt dño: siue ex hominibus
ſ idiotis simplicibus.
siue de pecorib⁹ fuerit: tui iuris
erit: ita dumtaxat vt pro homis b
vnigenito precium accipias: et
ome animal qđ immūduz est redi- c

a ¶ Uniuersa fruguz &c. Aug⁹. Primogenita omia quecq̄ in
terra eoꝝ fuerint: q̄cūcunq̄ obtulerint dño: tibi erunt. Hic p̄
mogenita nō fetus p̄mos vel p̄mitinos pecoꝝ dicit. Nam ipsa
grece prototocos vl prototosa nomniatur: hec autem protogē
nemata. Sed latine his duabus rebus duo nomia nō sunt re-
perta. & ideo ista protogennemata q̄dam p̄mitias interpreta
ti sunt: sed p̄nitie aperte dicunē & aliud sunt. Nec igit̄ tria ita
discernunē: quia prototocos vel prototosa sūt p̄mitiui animaliū
fetus & boīm. Protogennemata vero primi fructⁿ de ārā sum-
pti vel de arbore: vel de vite. Primitie autē de fructib⁹ q̄dez:
sed iam relatis de agro sicut de massa de lacu de dolio de cu-
pa: que p̄ p̄mitijs sumebantur. b ¶ Quicq̄d p̄mum. Orige. Possunt forte illi primogeniti dici q̄ cum mulieribus non
sunt coinq̄nati: vel etiam martyres. Primitie quoq; ecclesie
p̄nt dici &gines. decime vero q̄ post cōiugiū ꝓtinētes sunt.

## Nico. de lyra

¶ Omnes p̄mi

a ¶ Quicq̄d p̄mum erumpet e vulua. i. quod p̄mo nascetur.
b ¶ Et p hominis p̄mogenito precium accipias. qđ est q̄nq̄ si-
clorum argēti: vt dictū est. ſ. iij. ca. & intelligit̄ de p̄mogenitis
aliarū tribuū a tribu leui cuius p̄mogeniti erāt deo oblati ad
ministerium tabernaculi. c ¶ Et omne animal qđ imundū est
redimi facias. hoc non intelligitur generaliter de omni ani-
mali immūdo: sed de omni indigente redemptione. inter ani-
malia enim immunda aliqua erant quorum p̄mogenita nō re-
dimebantur: sed interficiebantur: sicut p̄mogenitum canis: &
aliqua que nō redimebantur pecunia: sed p eis ouis offereba
tur: sicut p̄mogenitum asini.

Primogenitum



¶ a Omnes p̄mitias sanctu
arij &c. Baba. Jn vtroq; te-
stamento ministris altar⁹ ob
lationes & decime ad necessa
ria tribuunē: ne terrenis pos
sessionibus audeāt inbiare:
Mat. 10.b nec lucrum de misterio que
rere. vnde: Gratis accipist⁹:
gratis date. Nolite posside-
re aurū neq; argētū neq; pe-
Mystice cuniam. ¶ Mystice autē dece
me obseruantiā legis signifi
cant: vel sinceritatem integri
tatis fidei: vel pfectionez bo-
ni operis que maxime habe-
re debent qui ministerio diui
no se exhibēt. Jn denario ei
numero creature & creatoris
cognitio cōprehēditur: quia
septenari⁹ respicit ad huma-
nam naturam: tribus scilicet
vim anime ostēdētibus. Un-
Deu. 6.a de: Diliges dominū deum tu
um ex toto corde tuo: & ex to-
ta anima tua: & ex tota forti-
tudine tua. Corpus autem ex
quattuoꝝ constat elementis.
Septenarium autem ſ terna
rio numero fidem & confessio
nem trinitatis exprimenti ad
tres eris: denariuꝝ cōplebis.
b ¶ Pactum salis. Rab. Pa
ctum salis nominat oblatio-
num vniuersitatem q̄ ad mi
nisterium vel ad ius sacerdo-
tum pertinet. Unde in Leui-
Leui. 2.b tico: ¶ Quicquid obtuleris sa
Mystice crificij sale condies &c. My
stice ostēditur sapientiam cō
uenire sacerdotibus & predi
catoribus diuine legis: nō se
cularem sed apostolicam. de
1.Co. 2.b qua ꝓaulus dicit: Sapien-
tiaz loquimur inter pfectos:
sapientiā nō huius seculi &c.
Mat. 5.b De qua apostolis dicit: Uos
estis sal terre. Sicut enī om-
nis cibus sale cōdituresic om
nis sermo apostolica sapien-
tia. Aaron ergo & filijs eius
pactum est salis sempiternū:
quia non solum episcopis ne
cessaria est sapientia: sed etiā
presbyteris: diaconib⁹ & om-
nibus ordinibus. & hoc coram
deo. i. vt pura et simplex sine
versutia & malicia deo place-
Sap. 5.b at. Sapientia enim hui⁹ mū
di inimica est deo. Ca. XIX

l ¶ Locutusq; est dñs &c.
Aug⁹. Et locutus est
dominus ad mo⁹sen
aaron dicens: Ista est distin-
ctio legis: quecūq; constituit
dominus &c. Non est distin-
ctio nisi inter duo vel plura.
Distinctionem enim singula-
ritas non recipit: nec distin-
ctionem cuiuslibet rei memo
rauit: sed addidit legis: nec
cuiuscunq; legis. Assidue enī
in scriptura legitur de vna-
quaq; re: de qua legitime pre
cipitur: hec est lex istius vel
illius: nō vniuersalis lex que
continet omnia que legitime
precipiuntur. Hic vero cū di
xisset: Hec est distinctio leg⁹:

¶ adiūxit:

a Primoge. autem bo. & ouis & ca. nō
fa. re. qz sanc. sunt dño: qz debebāt immo
lari ipsi deo. b ¶ Carnes vero in vsum
tuū &c. sicut pec. ꝓsecratū. i. sicut de alijs
sacrificijs quoꝝ vna pars est offerentiū.
pectusculū tamē & armus dexter de illis
ptinēt ad te: sic carnes de istis. c ¶ Pa-
ctum salis sempiternū. in omni sacrificio
ponebaē sal: & ideo stabilitas alicui⁹ pa-
cti designaē nomie pacti salis. d ¶ In
terra eorum nihil possidebitis. ex q̄ enim
accipiebāt victū a populo nō debebāt ha
bere partē in hereditate. e ¶ Nec habe
bitis partē inter eos. hoc addiē ad deno
tandū q̄ nec etiam in preda hostium de-
bebant habere partē: vt dicit Ra. Sa.
f ¶ Ego pars & hereditas tua. qz oblata
& sanctificata dño erāt assignata ꝓ victu
suo. g ¶ Filijs autē leui. Hic ꝓsequēter
agitur de mercede leuitarū. & ptz ira vsq;
ibi: b ¶ Et poz. pec. po. qz si ex eorū ne
gligētia alij se ingerāt indebite ad taber-
naculū punienē. i ¶ Quas in vsus co- †
rum & necessaria separaui. ꝓ hoc ostendi-
tur q̄ leuite nō poterāt tm decimas come
dere: sed etiā in alia sibi necessaria cōmu
tare. k ¶ Locutusq; est dñs. Hic conse- †
quēter agitur de mercede summi sacerdo
tis specialiter: qz leuite de decimis rece-
ptis a ꝓplo debebāt dare partem decimā
summo sacerdoti: & de illis debebāt dare
illa que erant melioza: aliter peccarent si
scienter sibi melioza retinerēt. & ex his pa
tet ira vsq; ibi: l ¶ Ne polluatis obla
tiones filioꝝ israel: id est decimas vob̄
oblatas ab ipsis ꝓ peccatum predictum.
m ¶ Et moziamini. ſ. si hoc feceritis.

## Moraliter. Ca. XVIII

Dixitq; dñs ad
aaron &c. Seqūtur: ¶ Ercubabitq; leui
te ad p̄cepta tua & ad cuncta opa taber-
naculi: ita dūtaxat vt ad vasa sanctuarij
& ad altare nō accedant. Per ꝺ aūt q̄ le-
uite arcentur ab ingressu sanctuarij & ab
actu offerēdi sacrificia in altari holocau-
stoꝝ: significaē q̄ clerici qui sunt sub sa-
cerdotibus etiaz in alijs sacris ordinib⁹
ꝓstituti nō debēt exercere act⁹ ptinentes
ad officiū sacerdotū. ¶ Alienigena nō
miscebiē vobis. p hoc q̄ populus cōmu
nis arceē ab ingressu loci diuini cultus &
ꝓcedit sacerdotib⁹ & leuitis eis ministrā
tibus: significaē q̄ in nouo testamēto po
pulus cōmunis arcēdus est a cancello vl
chozo vbi diuinū officium celebratur.
c ¶ Omia q̄ sanctificank a filijs israel ti
bi tradidi &c. p hoc aūt q̄ sacerdoti assi
gnank p̄mitie & leuit⁹ decime. p sustēta
tione sua familiarūq; suaꝝ: ondit q̄ i no
uo testamēto ꝓlis teneē ꝓuidere seruien
tibus deo de victu & vestitu ſm ordinōez
statuū & psonaꝝ: & istud obseruatuꝝ fuit
ab antiq̄ etiaz apud gentiles: sicut patet
Gen. xlvij. vbi dr q̄ sacerdotes egypti tē
poze famis nō fuerūt cōpulsi vēdere pos-
sessiones suas sicut alij: q̄ statuta cibaria
sibi ex horreis publicis pbebanē.

n ¶ Locutusq; est dñs. Ca. XIX

l ¶ Hic ꝓsequēter agit̄ de officio sa-
cerdotis inc̄tuz est mediator dei
ad populū: & hoc ꝓprie respicit purifica-
tionē que a deo deriuaē ad populū p sa-
cerdotis officiū. Jn lege autem erāt due
purificationes. Una ab immūditia spiri
tuali que cōtingit ex peccatis: & ista que
erat grauioꝝ purificabatur per oblatio-
nes & sacrificia vt habetur Leuit⁹. iiij. ex
v. Alia autem erat ab immunditia coꝝ

¶ quecunq; cōstituit dñs: preciplendo. s. nō creando. Quidam enim quecūq; precepit dñs transtulerūt. Si ergo hec est distinctio legⁱ quecūq; precepit domin⁹: magna est ista distinctio: & recte intelligitur duo testamēta intelligere vel distinguere. Eadem sunt enim in veteri & in nouo testamēto ibi obumbrata: hic reuelata. Nō enim tm̄ sacramēta diuersa sunt: sed etiam promissa. ibi videntur tempozalia ꝓponi: quibus spūale premium occulte significetur: hic aūt manifeste spiritualia promittuntur & eterna. Temporalium enim bonorum & carnalium: & spiritualiū atq; eternorum: que certior distinctio est q̄m passio christi.

In cuius morte claruit nō trāsitoriam felicitatem pro magno munere sperandam & optādam: cum vnigenito filio (quem tanta pati voluit) longe aliud deus a se peti & expectari aperta distinctione declarauit. Hanc ergo passionem velut distinctionem duorum testamētorum: quod de iuuēce rufe mactatiōe dicit: satis congrue figurat. Nocturnus est dñs ad moysen & aaron dicēs: Ista est distinctio legis q̄cūq; ꝓstituit dñs: deinde mandare incipit: hec adiūgens dicēs: Loquere filijs isr̄ael. Potest etiaz ita distingui. Et locutus est domin⁹ ad moysen & aaron dicēs: Ista est distinctio legis quecūq; cōstituit dñs dicēs: nō q̄cūq; cōstituit dñs creans sicut celum & terraz & mare & omia q̄ in eis sunt: sed quecūq; cōstituit dñs dicens: in duob⁹ scz testamēt̄. vt deide seq̄t: Loq̄re filijs isr̄ & accipiāt a te iuuēcā rufam sine vitio. Iuuenca rufa carnē christi significat. Serus femineus infirmitatē carnalē. rufam passione cruentam. Oz aūt ait: accipiāt a te: in ipo moyse figuraz ostendit legis: quia fm legez visi sunt sibi occidere christū: qz soluebat sabbatū: & obseruationes legis prophanabat.

a Vaccam. Per masculū fortitudo: p feminam infirmitas significat. p vaccam infirmitas dñice incarnatiōis ad sacrificiū assumpta figurat. Mortuus est enim ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei.

Ca. 19.c Vaccam rufam: rubzam. scz sanguine passionis. Unde: Dilectus meus candidus & rubicūdus. Candidus. s. ex diuinitate. rubicūdus ex sanguine. candidus etiam p iusticiam vite.

Moralit Brego. Moza. Vaccam rufam mactamus: cū carnez a lasciuia voluptatis extinguimus: quā cum hysopo ligno cedrino & cocco offerimus: quia cū macerationē corporis sacrificium fidei: spei & charitatis adolem⁹.

b Nulla sit macula. Aug⁹. sine vitio. Hanc enim carnē cetere hostie significabant: vbi similiter sine vitio pecora imolari iubebant. Erat enim in similitudine carnis peccati: sed nō caro peccati. Sed hic vbi euidētius legⁱ distinctionē voluit deus cōmendare: parū fuit dicere sine vitio: nisi diceret que nō habet in se vitium. Nō si repetēdi causa dictū est: forte nō frustra est q̄ eā rez ipa repetitio firmius cōmēdauit: cuius nō aberret a vero: & iō additū intelligat: q̄ nō hz in se vitium: cū ia dictū eēt iuuencā sine vitio. Quia in se nō habuit vitium caro xp̄i: in alijs aūt habuit q̄ mēbra eius sunt. Que enī in hac vita caro sine peccato: nisi illa sola que nō habuit in se vitiū:

Job.5.d c Nec portauerit. Gis q̄ peccat: seruus est peccati: qz ergo christ⁹ nunq̄ peccauit: iugū nō portauit. Aug⁹. Et nō est sup eā suppositū iugū &c. Nō enī subiugata est iniq̄tati: cui subiugatos inuenies liberauit: & vincula eoz dirupit. Unde: Dirupisti dñe vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis &c. Sup illⁱ enī carnē nō est positū iugū: q̄ ptāē habuit ponendi animā suam: & iterū sumendi eam.

Ps.2. d Tradetisq;. Vaccam ad imolandū sacerdoti traditur: qz domin⁹ incarnatus pro redemptione nostra sacrificiū semet ipsum fecit: datus manibus iudaici populi. Aug⁹. Et dabis eam ad eleaçarū sacerdotem &c. Cur nō ad aaron? Forte ꝓfiguratum est non ad tempus quod tunc erat: sed ad posteros huius sacerdotij passionem dominī puenturam.

e Qui eductam extra castra. Quia extra portam passus est christus: vt nos a cōuersatione pūtis vite quasi a ciuitate educeret. Aug⁹. Et ejciant eam extra castra. Sic electus est dominus passurus extra ciuitatem. Aug⁹. In locū mūdum: quia nō habuit causam malam. Et occident eam in cōspectu eius: sic occisa est caro xp̄i in ꝓspectu eoz̄ qui futuri erant in nouo testamento dñi sacerdotes.

Moralit f Immolabit. Moraliter. Vaccam rufam (cuius cinis est expiatio populi) imolare nō poterit: nisi qui terrena opa nō fecerit: iugūq; delicti nō tra xerit: & vinculis peccatoū ligatus nō fuerit.

g In cōspectu om. Brego. Quia christ⁹ in cōspectu oīm quasi extinct⁹ est. In ꝓspectu patris imolatus: qz q̄ ante oculos hominū pena: hoc ante oculos pris sacrificiū fuit.

h Et tingens di. &c. Aug⁹. Alia lra. Et accipiet eleaçar sanguinē eius: & asperget ꝓtra faciē testimonij a sanguine eius septies. Quia xp̄s fm scripturas fudit sanguinē in remissionē peccatoū: ideo ꝓtra faciē tabernaculi testimonij: qz nō aliter declaratum est q̄ fuerat diuino testimonio ꝓnunciatum. Et ideo septies: quia ipe numerus ad mundationem pertinet spiritalem.

Brego. In digito discretio opatiōis signatur. In sanguine vacce digitū tingere: est in passiōe dñi nr̄a opa ꝓclarare: vt passionem

1. Pe.2.d eius quā cognoscimus imitemur. Passus est enim vobis: relinquens exemplū vt sequamur vestigia ei⁹.

Brego. Eleaçar sacerdos imolat: & in sanguine digitum tingit: qz plebs iudea ex reprobo parte humilitatē dñi vsq; ad passionē ꝑsecuta est. In electis vero opationē humilitatis ei⁹ imitata. Et asperget ꝓtra fores tabernaculi &c. tabernaculum synagogam significat. Qui ergo tinxerit digitum cōtra fores tabernaculi aspergat. i. quisquis passionis eius vias imitat: synagoge nō credenti & resistenti p exempla bona & predicationē rectam signum bene viuendi prebeat.

i Asperget. Brego. Id est resistenti plebi per predicationem rectam & opera passionis christi exemplā monstrabit.

¶ Septem vicibus

sent aaron dicēs: Ista est religio a
victime quā ꝓstituit dñs: Preci- b
pe filijs israel: vt adducant ad te c
a ¶ qz omnis operatio eius perfecta. d
vaccā rufaz etatis integre: i qua e
¶ qui peccatum non fecit: nec inuentus f
est dolus in ore eius. g
nulla sit macula: nec portauerit b
iugū: tradetisq; eā eleaçaro sacer- k
dotiᵗ Qui eductā extra castra im- l
molabit in cōspectu omnium: et
tingens digitū in sanguine eius: †
asperget cōtra fores tabernaculi †

Deu. 13.b

pozali: que ꝓtingit ex tactu alicuius rei immunde: vel alia immundicia corporali per quam efficiebatur homo ineptus ad ingrediendum locum cultus diuini: ita q̄ tales immūdicie erant quasi quedā irregularitates impedictes accedere ad locū diuini cultus q̄diu manebāt: et tales purificabantur p aspersionem aque lustratiōis: i qua cōmiscebātur cineres vacce cōbuste: & de ista purificatione agit hic. Circa quod primo ponitur ritus oblationis. scōo modus expiationis. ibi: Habebūt quoq; filij israel. Adhuc circa primū describitur vacce imolatio. secūdo ex hoc aliquoz inquinatio. ibi: Et tūc demum. Circa primuz dicit sic: a Ista est religio victime &c. qz immolabatur p purificatione totius populi vt posset accedere ad cultū dei: qui cultus in sacra scriptura vocaᵗ religio. & ideo hec victima specialiter noīatur nomīe religionis.

b Precipe filijs isr̄ vt adducāt. qz p purgatione multitudinis fiebat ista immolatio. ideo aīal immolandū debebat exhiberi a toto populo.

c Ad te vaccā. Erat enim immolāda p peccato idolatrie vituli. ideo dicit vacca magis q̄ vitulus: quia sic nominatur ille populus Osee. v. Sicut vacca lasciuiens declinauit israel: & eadem ratione adducebatur ad moysen: & nō ad aaron: quia timoze populi fecit idolum vituli: vt habetur Exo. xxxij.

d Rufam. In hebreo habeᵗ: Rubeam. quia idolum pdictum fuit aureum ꝓpter similitudinē coloris.

e Etatis integre. In hebreo nō habeᵗ: Etat̄: & ideo integritas refertur ad colorem vacce que debebat esse rubea integraliter absq; varietate alicuius alterius coloris.

f In qua nulla sit macula. i. defectus membrorum: quia talia defectuosa non erant immolaticia.

g Nec portauerit iugum. ad significandum q̄ filij israel in idolatria vituli abiecerant a se iugum legis dei.

h Tradetisq; eam eleaçaro. & nō aaron: quia eleaçar nō peccauit in constatione vituli.

i Qui eductam extra castra. non solum de castris deitatis et leuitarum: sed etiam populi. ad significandum q̄ idolatria debebat simpliciter a toto populo elongari: quia periculosius inficit q̄m lepza: propter quaz tamen ejciebantur leprosi de tribus castris predictis vt dictum est supza. v. ca.

k Immolabit in conspectu omnium. In hebreo habetur: In conspectu suo. quia sicut dicit Ra. Sa. eleaçar debebat eam immolare per alterum coram se & multitudine.

l Et tingēs digitum in sanguine ei⁹: asperget ꝓtra fores tabernaculi. nō q̄ de loco extra castra rediret ad tabernaculuz: vt dicunt aliqui: qz nō debebat inde recedere donec vacca esset incinerata: sed de illo loco vertebat se versus illaz partem vbi crāt fores tabernacnli aspergens versus illam partem: sicut Daniel. vj. dicitur: q̄ apertis fenestris orabat ꝓtra hierusalem existens tamen in chaldea.

✠ Septem vicib⁹



¶ a Septem vicibus. Quia septem dona spūsancti: que per christi sanguinē sup ecclesie populos distribuunt: in q̄ ab omni delicto purgantur.

Brego. Septem vicibus &c. In septenario pfectio significatur vel accipit: Uñ & septem dieb⁹ vniuersum temp⁹ implet: & spūsanctus septiformis vocaᵗ. Septem ergo vicibus in sanguīe digituz intingere est pfecta opatione mysteriū passionis imitari. Et septem vicibus ꝓtra synagogam aspergere est pfecta predicatiōe passionē infidelibus nunciare.

b Cōburetq; eam &c. Brego. Per pellem & carnē & sanguinem & fumū sacrificia in veteri testamento habita: que infirmitatē domini nunciabant significanē. Quia omnia postmodū spiritaliter a patrib⁹ intellecta iuxta exterius mysteriuz ſter- Phil.3.b coza sunt vocata. Uñ Paulus. Omnia arbitroz vt stercora que tradūtur flāme. Queis enī ꝑmū carnaliter sint exhibita: postmodū p spiritūsanctum intelligentie igne sunt consumpta.

Aug⁹. Et cremabūt eam in conspectu eius. Puto qz crematio ad signū ptinet resurrectionis. Natura enī est ignis vt in sugna moueaᵗ: & in ipsum ꝙuertitur q̄d cremaᵗ. Nam & ipm cremare de greco in latinū ductū verbuz est a suspensione. Q̄d vero additū ē: in ꝙspectu eius. i. in ꝙspectu sacerdotis: significare videᵗ qz illis apparuit resurrectio xp̄i q̄ futuri erant ad regale sacerdotiuz.

c Tam pelle &c. Aug⁹. Q̄d vero seq̄tur: pellis eius & carnes & sanguis ei⁹ cū stercore cōburetur. Jd expositū est quō cremabit: & significatū est q̄ nō solū substātia mortalis corpis xp̄i que cōmemoratione pellis & carnium & sanguinis intimata est: sed etiā ꝓtumelia & abiectio plebis q̄ in stercora significaᵗ: cōuerteᵗ in gloriā quā cōbustionis flāma significat.

Brego. Per pellem & carnē exteriora xp̄i opatio significaᵗ. Per sanguinem subtilis & interna virtus exteriora facta viuificans. Per fimum lassitudo: sitis: esuries & timoz mortis: & quecūq; ex humanitate pativoluit. Quicād ei defectu mortalitat̄ habuit: q̄si fim⁹ in eo abiciendū fuit: q̄ omīa igni cremāda sunt. i. iuxta veritatē spūsancti intelligēda: vt que ab eo corpaliter gesta sūt p incorporeum diuinitat̄ spiritum disposita sentiant.

d Lignum quoq; cedrinū. Cedrus lignū altū & imputribile est. Hysop⁹ herba valde humilis: que tm̄ inflationez āmonet pulmonis. Per cedrū ergo alta pseuerans ꝓtemplatio. p hysopū mansueti cordis humilitas signaᵗ. Qui enī ꝓtemplatione ad superna tollit̄: p humilitatis cōpassionē debet ꝓdescēdere inferioribus: nec se ex eo q̄ habet erigat: sed bis qui illud nō habent predicando libenter impendat.

Aug⁹. Et accipiet sacerdos lignū cedrinū & hysopū & coccinū: & mittet in medium cōbustionis iuuence &c. Lignū cedrinū spes est: que in supernis firmiter habitat. Hysopus fides q̄ est humilis herba radicibus berens in petra. Coccinū charitas: q̄ feruoze spūs igneo coloze testaᵗ. Hec tria debem⁹ mittere in resurrectionē xp̄i tanq̄ in medīū cōbustionis illius: vt cū illo sit absc̄dita vita nostra.

Brego. Potest intelligi p cedrū spes: que alta petit. Per hysopū (que etiā odoze stomachi immūdicia purgat) fides: que nimis aduersa equanimiter tolerat: et q̄cād ex ante actis peccatis ꝓtractū fuerat mūdat. Per coccū vero charitas. Unusq̄sq; igit̄ nostrū in flāmā que vaccā vozat: cedrū hysopū & coccū bis tinctū mittat. i. in sacrificio dñice passionis fidem: spem & charitatē exhibeat: ne passionē redēptoris sui sine causa audiat. Unde Paulus: Nunc aūt manēt fides: spes: charitas. Maior autē boz est charitas. Unde & hic coccus extremus ponit̄: quia fide & spe cōpleta: cū ad eternā patriā venerim⁹: sola in nobis charitas ad vltimū multiplicatur.

1. Cor. 13.c

Brego. Mittaᵗ in flāmā: que vaccā vozat. cedrus. i. pseuerantia: & altitudo nr̄e ꝓtemplatiōis cōburaᵗ igne dominice passionis. Mittatur hysopus. i. humilitas cordis nostri: veritatē mansuetudinis trahat ex admixtione dñice passiōis. Mittatur coccus bis tinctus: id est charitas q̄ nos ad amandum deū & ꝓximū excitat: assidue nos ꝓtemplari passionez dñicam cōpellat: vt in ipa discat opa recta que faciat.

e Hysopū. Jsido. Baptismū. qz hysopo tincto sanguīe agni spargebāt.

f Coccūq; bis tinctū. Jsido. Coccus bis tinctus: sanguis christi q̄ mente & corpe abluimur. Hec tria purgant: cedrus. i. fides crucis. hysopus baptismus vel martyrium. coccus sanguinis dñici sacramentuz.

Brego. In coccobis tincto virtus charitatis exprimit̄: que flāma sancti amoris succēsa: duob⁹ preceptis exhiberi iubeᵗ dilectione. s. dei et ꝓximi. Bis tinctus ergo coccus est: cum charitas duplici ꝓcepto formata: vt sic diligaᵗ deus: ne deseraᵗ ꝓximus: & sic ꝓxim⁹ ne ꝓtemnatur deⁱ: 1. Pe.2.b

g Sacerdos. Brego. Omēs qui in christo credimus sacerdotes sumus. Uñ: Vos aūt estis gen⁹ electū: regale sacerdotiū &c. Alta ergo que p ꝓtemplationē sentimus: & q̄ ex mansuetudine humilitatis agim⁹: quod p ignē charitatis exhibem⁹: passionis christi sanguine tingere debem⁹: vt omne q̄ in nobis est: illū imitetur a quo est: q̄ extra imitationē passionis nō tam virtus q̄ vitiū est.

Brego. Potest iste sacerdos q̄ vacce carnes: pellem: sanguinē: fimūq; cōburit: ordinē iudaici sacerdotij cū plebe suppositā in necem dñi ꝓsentientis significare. vnde seq̄tur: Et tunc demū lotis vestib⁹ & corpore suo.

B

b Et tūc demū &c. Jdē. Potest intelligi q̄ iste sacerdos & lotus sit vestib⁹: & tamen vsq; ad vesperam immūdus: qz iudaicus populus ex parte eozum qui crediderunt mundus: ex parte eozum qui non crediderunt vsq; ad vesperam p manet immūdus. Nauat ergo vestimenta & corpus: qz credendo exteriora opera & interiorem mentem a prauis actionibus mundat: & plene tunc ad castra reuertitur: cum ad fidem perfecte reuocatur. Sed quia iudea in infidelitate partim perdurante ad fidem gentilitatis ingreditur: & mysteria diuīe incarnationis intelligit, recte subdit: Colliget autem cineres vacce vir mūdus &c.

Aug⁹. Lauabit vestimenta sua sacerdos: et lauabit corpus suum aqua: & postea introibit castra: & immūdus erit sacerdos vsq; ad vesperā. Lauatio vestimentoz & corporis mūdatio est exteriozū & interiozū. hoc sacerdos. Deinde seq̄tur: Qui cōburet eam lauabit vestimenta sua: & lauabit corpus suum aqua: & immūdus erit vsq; ad vesperam. In eo qui comburit eos figuratos arbitor: qui christi carnem sepelierunt: resurrectioni eam velut cremationi mandantes.

i Usq; ad vesperam. Aug⁹. Ad vesperā sacerdos intrat: quia infidelis populus qui vsq; ad vesperam. i. finem mundi extra mandata vite: velut extra castra positus est: prauis operibus cōmaculatus: aqua baptismi & penitētia lot⁹: ad cognitionē in fine mūdi quasi in castra reuertit̄.

¶ Colliget

## Nico.de lyra

a Septē vicib⁹. ad denotandū q̄ pctm̄ idolatrie quodāmodo equiponderat oībus aliis peccat̄: eo q̄ importat totalē recessum a deo: vniuersitas autē septenario numero designaᵗ.

b Comburetq; eam cūctis videntibus. In hebreo habetur: In cōspectu suo. q̄ istam combustionē faciebat per alium.

c Tam pelle & carnibus &c. flāme traditis. ad denotandum q̄ de peccato idolatrie nulla ꝓditio vel circūstantia debebat in populo remanere.

d Lignū quoq; cedrinū & hysopus. ista ponebanᵗ in igne ad repzimendū fetoze exalantē ex cōbustione pellis & fimi vacce.

e Coccūq; bis tinctū. q̄ diu seruat colozem: ad designandū q̄ eiones debebant seruari p totum annū ad purificationē populi. ꝓout subditur postea: Ut sint multitudini filiozū israel in custodiā &c.

f Et tunc demum lotis vestibus &c. hic querit quō cōburens vaccam maculabatur ex hoc: cū illa cōbustio fieret ad hoc q̄ ex cineribus vacce cōbuste immūdi purgarentur. Ad hoc respōdetur q̄ immundicia dupliciter ꝓtrahitur: vno modo ex immundicia rei tacte: & sic tangens mortuum efficiebat immundus. Alio modo ex indignitate tangentis: sicut si laicus tangeret calicē consecratum peccaret: & hoc modo rediges vaccā i cineres: & etiā colligētes cineres illos efficiebanᵗ immūdi: qz cineres illi ordinabanᵗ ad purificationē totius xp̄ūs: & iō tangēs illos q̄cūq; modo debebat se reputare ad ꝑ indignū: & maculā aliquaz ꝓtrahere: & p ꝓsequēs indigere aliqua purgatione. ista tm̄ purgatio nō fiebat p aspersionē cū aq̄ lustratiōis. de qua dicet. j. sed p ablutionē corporis & vestiū: & sic ptz lra vsq; ibi.

¶ Hec sunt mansiones &c. Orige. Diuersas creauit deus cibo/ rum differētias ,p diuersitate animaliū: vl humani desiderij. Unde & ani/ malia cognoscunt ,prios cibos: & alijs vtif leo: alijs ceruus. In homini/ bus quoq; q̄ sanus est & validus morte cibū requirit: cōfiditq; edere omnia. Infir/ mus delectat olerib⁹ & forte cibū nō patif. Paruul⁹ xo si non vocē re tū ipsa lac tm requirit. Cibus aūt rōnis nature verus sermo dei est. Sed & hic differētias habet. Mō ois eodē verbo nutrif. Est alijs in verbo dei cibus lactis aptior. s. doctrina: sicut moralis que rudibus solet ꝓberi. Ibi lectionē in qua nihil est obscurū libēter accipiūt. verbi gratia: bester: iudith: to biā & mādata sapietie. Si legat eis leuiticus offendit cō/ tinuo anim⁹ q̄si nō sit cibus suus. Uenit enī vt discerat de um colere: iusticie & pietatis ꝓcepta suscipere: & audit mā data sacrificioꝝ: & rit⁹ imolationū. Alij euāgelistaꝫ Apo postolū psalmos libent amplectit: velut remedia infirmi tatis sue. Cui si leganf hec que habem⁹ in manib⁹: nihil infirmitati sue aut saluti anime ,pdesse iudicabit: sed refu rabit tanq̄ graues & onerosos cibos. Sed sicut leo si ha/ beat intellectū nō abūdātia herbaꝝ culpabit creatas: nec dicet supfluā: q̄ carnibus vtif. nec homo: q̄ sibi aptis vtif alimonijs: culpare de bet q̄ fecit deus serpētes in cibū ceruoꝝ. Ita in cibis rōnabilibus nō refutāda est scriptura q̄ obscurioꝝ videf: & icōuentēs incipiētib⁹ paruul⁹ infirmis: & min⁹ ad in/ telligendū validis. Quisq; q̄ sibi sanū sentit assumat. Ait ergo: Hec māsiones fi/ lioꝝ isrl ex q̄ exierūt de ra egypti cū ꝟtute sua & mānu moysi & aarō. Et sēpsit moyses ,pfectiones eoꝝ & māsiones eoꝝ ꝓ ꝟbū dñi &c. Quis q̄ audeat dicere q̄ ꝟba q̄ scribun/ tur ꝓ verbū dñi nihil habeāt vtilitatis aut salutis: sed solā narrēt historiā? Duo/ bus modis pōt q̄sq; spiritalit exire de egypto: vl reliquēdo gētilē vitā: & ad cogni tionē diuine legis accedēdo: vl cū aīa de corpor⁹ habitatiōe discedit. ad vtrūq; enī spectāt he māsiones. De illis enī māsionib⁹ quas aīa exuta corpore: imo rur sus induta suo corpore habitura est. dicit: In domo patris mei mansiones multe sunt &c. Sunt ergo multe mansiones que ad patrē ducunt. In quib⁹ singulis q̄d vtilitatis anime cōmoratio: quidue eruditionis aut illuminatiōis accipiat scit so/ lus pater futuri seculi qui ait: Ego sum ostiū: nemo venit ad patrē nisi ꝑ me. Qui foꝛte in his singulis māsionibus vniuersę anime ostiū fiet: vt ꝑ ipm intret & exeat & pascua inueniat. vsq; quo ad ipm ꝓueniat patrē. Sed redeam⁹ ad ea q̄ inter nos & in nobis gerunt. In egypto erant filij israel in operibus pharaonis: luto & late re affligebant: donec ingemiscētes clamauerūt ad dñm: et misit eis verbū suū per moysen: & eduxit de egypto. Nos igit cū essemus in egypto. i. in huius mūdi er/ roꝛibus: & ignoꝛātie tenebris: operātes opera diaboli in ꝟcupiscētijs & voluptati/ bus carnis misert⁹ dñs misit verbū suū. i. vnigenitū filiū suū: qui nos de ignoran tia erroꝛis ad lumē diuine legis adduceret. Sed ꝓmo omniū intuere mysteriū ra tionē. In egressione enī filioꝝ israel de egypto sunt. xl. due māsiones: & aduentus xp̄i in mundū fit ꝑ. xl. duas generationes. Ūñ ab abraam vsq; ad dauid gene/ rationes. xiiij. &c. Quadraginta ergo duas generationū māsiones quas ebrist⁹ fecit descendens in egypti huius mundi: faciūt qui ascendūt de egypto. In. xl. er go duabus mansionibus peruenīūt filij israel ad principiū capiende hereditatis: vbi ruben & gad & dimidia tribus manasse accipiūt terraꝫ galaad. Sicut xp̄s per xliij. patres quasi mansiones descendit vsq; ad nos: & filij israel ꝑ totidē mansiones ascenderunt vsq; ad hereditatis ,pmisse principiū. Incipiamus ergo per ea ꝑ que descendit ascendere: et primā mansionē facere quā ille fecit nouissimā q̄ natus est de virgine. Erit ergo prima mansio de egypto exeuntibus relicto idoloꝝ cultu: vt credamus christū de virgine natū: & de spiritu sancto: & verbū carnē factū venisse in mundum. Post hec ascendere ad singulos fidei virtutū gradus nitamur: & sin gulis immoꝛemur: donec ad summū ꝓuenientibus nobis institutionū fastigiū ,p missa cōpleat hereditas. Anima quoq; cū de egypto bui⁹ vite tēdit ad terrā ,pmis/ sionis: pgit per quasdā vias & certas cōficit māsiones. vñ: Effudit sup me manū tu am vel animā meā: quādo ingrediar in locū tabernaculi admirabilis vsq; ad do/ mum dei. De his mansionibus alibi dicit: Quā amabilia sunt tabernacula tua dñe virtutū: cōcupiscit & deficit aīa mea in atria domini. Et alibi: Multum peregrina ta est anima mea. Intellige ergo que sunt be peregrinationes anime: in quibus se peregrinari diutius dolet. Tūc aūt ver⁹ intelliget que fuit ratio peregrinatiōis sue cū regressa fuerit in requiē suā. i. in paradisū. vñ: Cōuertere anima mea in re/ quiem tuam. &c. iste ergo sūt māsiones quibus itur in celū. Sed quis ita diuinoꝝ cōscius secretoꝝ qui possit huius ascensionis describere māsiones: & cuiusq; loci labores vel requies? Quis enarret q̄ post primā & secundā & tertiā mansionē ad/ huc insequaf pharao & egyptij: licet nō cōprehēdāt: licet submersi sint. Quō enū ciet q̄ salu⁹ effect⁹ ꝑplus dei: post aliāt māsiones ꝓmū cātauit canticū. dicēs: Cā/ tem⁹ dño: glorioseenī magnificat⁹ ē. Quis hec egressioni anime singula possit vl audeat adaptare? Et quō ver⁹ ꝑplus cecidit: cui cōuersatio & habitatio fuerat cum egyptijs: saluus aūt nouus ꝓuenit ad regnū qui ignoꝛabat egyptios: exceptis sa/ cerdotibus & leuitis? Qui enim in sacerdotium vl leuitarū ordine fuerit: & solum deū portionē habuerit: in deserto nō cadit: sed ꝓuenit ad terrā ꝓmissionis. ꝓnūtur nomia māsionib⁹. Hec̄ enī cōueniēs videbaf: vt cetera omnia suis vtereꝛ nō minib⁹: ascēsio xo anime māsionū suarū nomia nō haberet. Habet ergo nomina mystica et deducente se: nō moysen q̄ quo iret ignoꝛabat: sed colūnā ignis & nubē filiū. s. dei: & spūmsanctū. Cū subm̄si fuerit omnes egyptij & amalechite: & oēs q̄ ꝑpugnauerūt eā: vt ꝑ singulas māsiones q̄ dicunf esse apud patrē illumiceꝛ ampli us: donec assuescat illius lumis q̄ illuminat omnē hominem intuitū patri: & inire

¶ maiestatis

quos appellauit auothiair :id ē villas iair. Hobe quoq; prexit & apprehendit cariath cū viculis suis: vocauitq; eam ex nomine suo hobe.

La. XXXIII

a b ¶ Hec sunt mansiones filio a† ruz israel qui egressi sūt

La. XXXII

plurimi de istis statibus q̄ nō querūt ter/ rā patribus ,pmissā. s. terrā viuētiū: ꝟ vo lunt manere circa ordinē in terra mortiē tiū in bonis vite ꝑsentis figēnis ibi pedez affectionis in qua edificāt vrbes. i. pala/ tia ad sui ostenta/ tionē. Caulas oui um querētes dēli/ tias ad sui delecta tionem. Stabula iumentorum: qua si querentes equi/ tare: semp tēdētes ad altioza ꝑ ambi tionem. & isti labo rāt ,p alijs vt ha/ beant terrā ,pmis/ sionis: q̄ frequen ter contingit q̄ ꝑ/ lati opāf ad salutē ppl̄ariū in regimie spi rituali: & ꝓncipes in regimie tpali: & reli/ giosi ꝓsulendo ppl̄is ꝑdicādo ꝟbū dei: ipi oēs tū hac salute ꝓuuant in ꝓsonis ,p/ ꝓijs suis opibus & intētionib⁹ ꝓuersis. Cetera patēt.

Mozaliter. gt Filij autem ruben & gad &c. Per rubē q̄ fuit ꝓmoge/ nit⁹ iacob: & tū maculauit stratuz eius vt dicit Hen. xlix. intelligunf mali ꝓlati qui rōne stat⁹ ꝓmatū tenēt in ecclesia dei: et tū ipsā que ē stratū xp̄i maculāt multipli/ cit̄ ꝑ vitā suā malam. de quo dici pōt illō ꝑs. lxxviij. Deus venerūt gētes in here ditatē tuā: polluerūt tēplū sctm tuum &c. Per gad xo q̄ fortuna interꝑtaf signifi/ canf clerici cupidi q̄ congregandis fortune bonis totalit sūt intēti. Per manasse xo q̄ interꝑtaf obliuio: significanf religiosi qui domum patris sui debēt obliuisci. Et qm̄ inter eos sūt aliq̄ valde mali. ꝓpt qō dicit Aug⁹. Sic nō inuēi meliores bis q̄ in monasterio ,pfecerūt: ita nō ineni dete riores illis q̄ in ipsis defecerūt. & isti mali significanf ꝑ dimidiū tribū manasse q̄ cū filijs ruben & gad accepit possessionē ex/ tra ,pmissionis terrā: renūciātes iuri qō ī terra ,pmissionis essent habituri. Per ꝟ autē significatū fuit q̄ ꝑlati clerici & reli/ giosi mali in sua malicia ꝓseuerātes pos/ sessionē nō sunt in terra viuentiū habitu/ri: q̄ sūt bonis vite ꝑfctis ꝓtēti. verūtamē de istis i textu ꝛ̄ q̄ fuerūt parati ad acq/ sitionē terre ,pmissionis nō ꝑ se & ꝑ alijs. ꝑ qō significat q̄ licet habeāt malā vitā: multi tū eoꝝ habēt sanā doctrinā. Mat. xxiij. Sup cathedrā moysi sederūt scribe & pharisei: qōcūq; vobis dixerit facite: & opa aūt eoꝝ nolite facere. dicūt enī & non faciūt. Et sic ꝑ bonā doctrinā aliof ad ter rā viuētiū inducūt: & ab ea seipsos ꝑ ma/ lā vitā excludunt.

La. XXXIII

b ¶ Hec sūt māsiones. Hic describit re/ capitulatio breuis ꝓcedētiū. i. qui/ bus actum est de ꝓcessu filiorum israel ab exitu de egypto vsq; ad iordanē fluuium qui erat terminus ad quez sui ꝓ/ cessus: q̄ ab eo incipit terra ,pmissionis.

¶ Circa quod sciendum q̄ in ꝓcedentib⁹ tām in Exodo q̄m in hoc libro ītētio moy/ si fuit describere ,pcessū filiorū israel non notādo oīa loca vbi māserūt filij israel in via: sed illa solū in quibus fiebāt aliqua notabilia. & ideo hic ponit numez & ordi/ nem māsionū ab exitu de egypto vsq; ad iordanē. & diuidit in tres ptes ꝙ tria no/ tabilia loca vnde castra mouerī. s. rames/ ses, mons sinai & cades. ſcda incipit ibi:

Sed et de



¶ maiestatis fulgorē. Si ergo veros anime in hac vita posite ꝓ hec doceri intelligamus, ꝑfect⁹ q̄ cōuersa a gētili vita nō tam moysen q̄m legē dei: nec aaron: sed sacerdotē illuz q̄ ꝑmanet in eternū sequif: anteq̄m ad ꝑfctū vēiat: in deremo habitat: vbi in ꝓceptis dñi exercef: vt fides ei⁹, ꝑbef: & victa vna tētatiōe venīat ad aliā: quasi de mansione ad mansionem: cū ea que acciderint fide/ liter tulerit. Ita enim per singula ten/ tamenta vite & fidei ,pfectus māsiones habere dicitur: ꝙm illud: Ibūt de vir tute in virtutē: donec ꝓueniatur ad sū mū gradū virtutū: & trāseatur flumē dei: & ,pmissa suscipiaf hereditas. Sci re aūt in deserto illo quomodo voce tur ille locus vbi applicuerīt quid vti litatis affert legētibus: & legē dei die ac nocte meditantibus. cū secundo de scribantur nomina: licet in nonnullis mutata: & ꝓ verbū dñi a moyse descri/ bi iubentur? Q̄d ideo fit vt duas aīe ostenderet vias: vnā qua in carne po sita per legē dei virtutib⁹ exercef: & ꝓ quosdā gradus ,pficiens ascendit de virtute in virtutē: quasi de mansione in mansionē. Aliā xo quā post resur/ rectionē ascensura ad celos: non subi to nec impoꝛtune ꝓscēdit: sed per mul tas mansiones vbiq; singulis lumīe sapientie illustrata ad ipsum patrē lu/ minum peruenīat.

a ¶ Per turmas suas. Lxx. Cum virtute sua christo. s. qui est dei virtus & dei potentia. Cum ipso ergo ascenditur qui ad nos descē dit: vt ascēderemus. Qui enim descē dit ipse ē qui ascendit & qui ait: Tecū descendam in egyptum: ideo non erat in tribubus eorum infirmus.

b ¶ In manu moysi & aaron. Orige. Nom enim tm̄ scientiam legis & fidei sed etiam operum quibus deo placeī fructus habere debemus cū de egypto exim⁹. Si enī exiens ō egypto & cōuersus ad deū abūcia supbiā ꝑ manus aaron: tau rū deo sacrificaui. Si lasciuiā pemero: bircū. Si libidinē: vitu lū. Si stulticiā: ouē. Si q̄ cū aīe vitia purgāf: man⁹ aarō opaf in nobis: & manus moysi cū ad hec intelligēda illumīamur ex lege. Utraq; ergo manus necessaria est vt inueiaf in nob nō solū fidei & scientie: sed etiā actuū operūq; ꝑfectio. Hec tū due sunt manus: sed vna. In manu enim dixit: non in manibus. Unū enim opus vtriusq; manus est: & vna ꝑfectiōis expletio.

c ¶ Quas descripsit moyses iuxta castrorum loca. Et scripsit moyses ꝓfectiones eoꝝ et mansiones per verbū domini. Ut scz legentes quante nobis immineāt ,pfectiones & mansiones ꝓparemus nos ad hanc viam: nec segniter tps nr̄m cōsuma mus. Medū vanitatibus immoꝛamur: & singulis q̄ visum: au ditū: tactū: odoratū: gustumq; veniunt delectemur: ꝓeterea tēpus nec spatium vite expleamus: sed in medio deficiamus q̄ si in deserto. Idcirco enī venimus in hunc mundum vt transe amus de virtute in virtutem. neq; permaneam⁹ pro terrenis in terra: sicut ille qui dicebat: Anima habes multa bona. mā duca bibe & letare. Ait enī illi dominus: Stulte auferetur a te hac nocte anima tua. Non dixit in hac nocte nec i hac die sed hac nocte. Nocte enim perimitur sicut ꝓmogenita egypti orum: quia dilexit mundum et tenebras eius: socius rectoꝝ mundi huius tenebrarum barum. Tenebre aūt et nox ita di citur mundus ꝓ his qui in ignoꝛantia viuunt: nec lumē ve ritatis recipiant: et de rameſſe ad socboth nō transeunt.

d ¶ Profectiq; igit. Filij israel adhuc in egypto positi quarta decima die fecerūt pascha: & initiū quoddā festiuitat⁹. Sequē ti ergo die qui est ꝓmus açymoꝛum: quinto decimo. s. primi mensis ,pficiscuntur de rameſſe: & veniūt in socboth: vt ibi fa ciant festiuitates azymoꝛum vel diem. Quis hec intelligat? Quis vel ex parte cognoscat: sicut Aplus dicit: Ex parte sci/ mus: & ex parte ꝓheramus. Quis enī intelliget quō ex par/ te dies festos agimus: vt nemo nos iudicet ī ꝑte diei festi: aut neomenie aut sabbati? Omnis enim dies festus qui hic agif: in parte geritur: non in integro. Sed cum exieris de egypto: tunc erit tibi perfecta festiuitas. Scito tamen q: post illud pa/ scha quod in egypto factum est semel: inuenitur in deserto ali/

ud curatum

Pſ. 83. a de egypto ꝓ turmas suas in mā/ a ſ nō eni sufficit manus moysi q̄ significat scien/ tiam legis: querif et manus aaron: q̄ sacrificādi deo peritiā significat. b ſ vt legam⁹ ſp & videam⁹ quante nobis imminent ꝑfectiones & māsiones.

b c nu moysi et aarō quas descripsit moyses iuxta castrorū loca q̄ do/ mini iussiōe mutabant. Profecti a

b c a ſ cōmotione turbida: vel cōmotione tinee. Sic enī q̄ in mūdo sunt in ꝓturbatiōe & corruptiōe po sita sunt.

b c igitur de rāmesse mēse primo: q̄n b c

a ſ quia quartadecima egerūt paschā in egypto er quoddā initium festiuitatis iugulantes agnuz pridie q̄m ꝑficiscerētur.

d e f tādecia die mēsis ꝑmi: fecerūt alte d e f ra die phase filij israel i manu ex/ celsa videntibus cunctis egypti/

a ſ mortui sepeliebant mortuos suos: et viuentes sequebantur dominum suum.

g is & sepēlientibus primogenitos quos percusserat dominus. Maz g

f et in dijs eoꝝ exercuerat vltio f nem: castrametati sūt in socboth b

g b i & de socboth venerūt i ethan que g b i est in extremis finibus solitudis.

Epſ. 4. b Deu. 46. a

Co. 13. c

2. Co. 5. b

¶ id est operatiōe.

maiestatis fulgorē. Si ergo veros anime in hac vita posite ꝓ hec doceri intelligamus, ꝑfect⁹ q̄ cōuersa a gētili vita nō tam moysen q̄m legē dei: nec aaron: sed sacerdotē illuz q̄ ꝑmanet in eternū sequif: anteq̄m ad ꝑfectū vēiat: in deremo habitat: vbi in ꝓceptis dñi exercef: vt fides ei⁹, ꝑbef: & victa vna tētatiōe venīat ad aliā: quasi de mansione ad mansionem: cū ea que acciderint fide/ liter tulerit. Ita enim per singula ten/ tamenta vite & fidei ,pfectus māsiones habere dicitur: ꝙm illud: Ibūt de vir tute in virtutē: donec ꝓueniatur ad sū mū gradū virtutū: & trāseatur flumē dei: & ,pmissa suscipiaf hereditas. Sci re aūt in deserto illo quomodo voce tur ille locus vbi applicuerīt quid vti litatis affert legētibus: & legē dei die ac nocte meditantibus. cū secundo de scribantur nomina: licet in nonnullis mutata: & ꝓ verbū dñi a moyse descri/ bi iubentur? Q̄d ideo fit vt duas aīe ostenderet vias: vnā qua in carne po sita per legē dei virtutib⁹ exercef: & ꝓ quosdā gradus ,pficiens ascendit de virtute in virtutē: quasi de mansione in mansionē. Aliā xo quā post resur/ rectionē ascensura ad celos: non subi to nec impoꝛtune ꝓscēdit: sed per mul tas mansiones vbiq; singulis lumīe sapientie illustrata ad ipsum patrē lu/ minum peruenīat.

a ¶ Per turmas suas. Lxx. Cum virtute sua christo. s. qui est dei virtus & dei potentia. Cum ipso ergo ascenditur qui ad nos descē dit: vt ascēderemus. Qui enim descē dit ipse ē qui ascendit & qui ait: Tecū descendam in egyptum: ideo non erat in tribubus eorum infirmus.

b ¶ In manu moysi & aaron. Orige. Nom enim tm̄ scientiam legis & fidei sed etiam operum quibus deo placeī fructus habere debemus cū de egypto exim⁹. Si enī exiens ō egypto & cōuersus ad deū abūcia supbiā ꝑ manus aaron: tau rū deo sacrificaui. Si lasciuiā pemero: bircū. Si libidinē: vitu lū. Si stulticiā: ouē. Si q̄ cū aīe vitia purgāf: man⁹ aarō opaf in nobis: & manus moysi cū ad hec intelligēda illumīamur ex lege. Utraq; ergo manus necessaria est vt inueiaf in nob nō solū fidei & scientie: sed etiā actuū operūq; ꝑfectio. Hec tū due sunt manus: sed vna. In manu enim dixit: non in manibus. Unū enim opus vtriusq; manus est: & vna ꝑfectiōis expletio.

c ¶ Quas descripsit moyses iuxta castrorum loca. Et scripsit moyses ꝓfectiones eoꝝ et mansiones per verbū domini. Ut scz legentes quante nobis immineāt ,pfectiones & mansiones ꝓparemus nos ad hanc viam: nec segniter tps nr̄m cōsuma mus. Medū vanitatibus immoꝛamur: & singulis q̄ visum: au ditū: tactū: odoratū: gustumq; veniunt delectemur: ꝓeterea tēpus nec spatium vite expleamus: sed in medio deficiamus q̄ si in deserto. Idcirco enī venimus in hunc mundum vt transe amus de virtute in virtutem. neq; permaneam⁹ pro terrenis in terra: sicut ille qui dicebat: Anima habes multa bona. mā duca bibe & letare. Ait enī illi dominus: Stulte auferetur a te hac nocte anima tua. Non dixit in hac nocte nec i hac die sed hac nocte. Nocte enim perimitur sicut ꝓmogenita egypti ozum: quia dilexit mundum et tenebras eius: socius rectoꝝ mundi huius tenebrarum barum. Tenebre aūt et nox ita di citur mundus ꝓ his qui in ignoꝛantia viuunt: nec lumē ve ritatis recipiant: et de rameſſe ad socboth nō transeunt.

d ¶ Profectiq; igit. Filij israel adhuc in egypto positi quarta decima die fecerūt pascha: & initiū quoddā festiuitat⁹. Sequē ti ergo die qui est ꝓmus açymoꝛum: quinto decimo. s. primi mensis ,pficiscuntur de rameſſe: & veniūt in socboth: vt ibi fa ciant festiuitates azymoꝛum vel diem. Quis hec intelligat? Quis vel ex parte cognoscat: sicut Aplus dicit: Ex parte sci/ mus: & ex parte ꝓheramus. Quis enī intelliget quō ex par/ te dies festos agimus: vt nemo nos iudicet ī ꝑte diei festi: aut neomenie aut sabbati? Omnis enim dies festus qui hic agif: in parte geritur: non in integro. Sed cum exieris de egypto: tunc erit tibi perfecta festiuitas. Scito tamen q: post illud pa/ scha quod in egypto factum est semel: inuenitur in deserto ali/

ud curatum cū lex data est: & post hec nusq̄m geri nisi in terra ,p/ missionis. Hic ordo & distinctio māsionū valde necessaria est & obseruanda his qui sequunf deū & cogitāt de ꝑfectib⁹ vir tutū. Fit ergo prima ,pfectio ex rameſſe: siue de ꝟ mūdo ani/ ma ,pficiscēs: & ad futurū seculū pgēs siue ab erroꝛib⁹ vite ad viam virtutis & agnitionis dei. De ra messe ,pficiscif: q̄ interꝑtaf cōmotio turbida: vel cōmotio tinee: q̄ in ꝟ mū do oīa in cōmotiōe & ꝓturbatiōe & coꝛ ruptione posita sūt. Jn quib⁹ nō opoꝛ ter animā residere: ſ ,pficisci & venire i socboth. i. tabernacula. Prim⁹ ergo anime ,pfectus est vt auferaf a cōmo/ tione terrena: & sciat sibi tāq̄ peregri nanti: vt iter agenti in tabernacul⁹ ha/ bitandū. Quo velut in ꝓcinctu po/ sita aduersus insidiantes expedita oc currere possit: & libera inde iam vbi sē tit esse ꝓparata: ,pficiscif ex socboth & applicat in burban. e ¶ Manu ex celsa. Ubi nō est humanū op⁹ neq; ter renū: sed diuinū ibi excelsa man⁹ no minaf, per manū enī op⁹ intelligit.

f ¶ Et in dijs eoꝝ. Omnes dij gentiū demonia: in quib⁹ faciet dñs vindictā in die iudicij: facit & nūc̄ q̄s ab illis decep⁹ fuerat vt idola colerent: ꝑ ver bum dñi cōuersus verbū colit. i. deuz vel cū fornicatoꝛ ad pudicitiā cōuerti tur & se erraſſe deploꝛat: ipsius penitē tie lachrymis vtif demō: vl de supbia ad humilitatē: de luxuria ad parsimo niam. Quātis eos putas agi tormen tis si quē videant vēdere oīa sua & da re paupib⁹: & tollere crucē suā & sequi christum: vel cū vidēt fraudis sue ne/ bulas ꝑ agnitionē diuine legis reseca ri. Mō enim sine ipsis consummaf pec catū. Nobis & q̄mope agendū est: ne egyptioꝝ ꝓmogenita vl deos eoꝝ quos dñs extinxit resuscitem⁹ in nobis: si dederim⁹ eis locuz opandi in nobis que dñs odit. Sic enī dñs puniet deos egy/ ptioꝝ de emēdatiōe nr̄a & cōuersatione. g ¶ In socboth &c. tabernaculis. Dū enī peregrinamur in corpoꝛe in tabernacu lis habitamus. ¶ Cū exierim⁹ de egypto. i. de seculo: primuz tabernacula figimus: sciētes q: ad vltериoꝛa & ad terrā ſctā celestē. s. ꝑperam⁹. h ¶ De socboth. Orige. Proficiscūf ex socboth. & applicāt in buthā: q̄ cōuallis dicit. Sūt ei in his ꝑfect⁹ virtutis que exercitio & laboꝛe acquirif: nec tantuz in ꝓsperis quātū in aduersis, ꝑbaf. Uenīt ergo ad cōuallē: in conuallibus & inferioꝛib⁹ certamē habet cōtra diabolū & ae reas potestates. Abraā in valle salinaꝝ pugnauit cōtra bar baros reges: & victoriā cōsecutus ē. Descēdit q̄ viator noster ad eos qui in ꝓfundis sunt & in imis. nō vt ibi moꝛet: ſ vt vi ctoriā cōsequaf. i ¶ In ethan. Ethan sana foꝛtitudo: vl ꝓ/ fessio: in q̄ foꝛtitudinē & robur assumim⁹: ne ī via deficiam⁹.

Mico. de lyra ¶ Inde egressi

Sz & de solitudīe sinai egressi. ktia ibi: Egressiq̄s ō cades. In ꝓma ꝑte cōtinenf. xij. māsiones q̄ sic enumerant: a ¶ Profe cti igit de rameſſe. Hic est loc⁹ vnde primo recesserūt.

b ¶ Mense ꝓmo. s. marcio. c ¶ Quintadecima die mensis, in mane illius diei recesserunt: vt dictū fuit Exo. xij.

d ¶ Altera die phase: id est in crastino immolationis agni pa schalis: quem immolauerant die ꝓcedenti. s. quartadecima die mensis ꝓmi ad vesperā: vt habetur ibidē. Aliqui aūt li/ bri sic habent: Altera die fecerunt phase. sed li fecerūt nō ē in hebreo nec in libris coꝛrectis: nec mirū q: nō est de textu: sed peruertit snīaz vl saltē obscurat eā: q̄uideſ sonare q̄ filij isrl fecerūt phase p⁹ exitū de rameſſe q̄ nō est vez: ſ aū vt dicit est. e ¶ Filij isrl. Hic referī ad illō q̄ ꝓdicit: Profecti igit de rameſſe: q̄ media nocte interfecti sūt a deo ꝓmogēiti egy/ ptioꝝ, ꝓpt q̄ egyptij territi cōpellebāt filios isrl exire de ter ra: & sic recesserūt in mane de rameſſe. f ¶ In ma. excel. i. in potestate diuina. g ¶ Mā & in dijs eo. ex. vlti. tūc enīz idola egypti coꝛruerūt & cōminuta sūt. h ¶ Castra sūt in socboth. Ista fuit ꝓma mansio & post istā enumerāf. xj. vsq; ad mōtē sinai: vbi fuit, xij. māsio, & ptz littera vsq; ibi:

aa 2 Fixerūt

¶ a ¶Inde egressi. Idē. Profectiōe ex buthā applicuerūt airoth quod interptat̄ victus. Rondū enī ad ciuitatē venit: nec pfecta iā tenēt: sed quedā parua. Die ē pfect⁹ vt a paruis ad magna veniatur. Venit ergo ad os. i. ad primū ingressū vici: qđ est indiciū cōuersatiōis t abstinētie. †Airoth aūt posita est cōtra beelsephon t contra magdalū. beelsephon interptat̄ ascēsio specule: vel turris. A paruis ergo ascenditur ad magna. Nec dum anima in ipsa specula: sed contra speculam. i. in cōspectu ecclesie posita est. speculari enī incipit t pspicere spem futuram t latitudinē profectuū. Et paulati crescit duz plus spe nutritur q̄, laboribus fatigatur. Quarta ergo māsio est cōtra magdalum nondū in ipso q magnificētia dicitur. Habet ergo in conspectu ascensionem specule t magnificentiam rex futurarū quibus pascit et nutrit. ¶In pfectibus enim est non in pfectione.

B ¶Hiero. Quarta mansio ē phiaroth: quod interpretatur os nobiliū: que scribitur per litteram beth. Quidam putant male airoth villas erroq̄ manifestus: q̄ pro supradicto elemento: ain litteram legāt. Beelsephō interpretatur domus aquilōis vl ascēsus specule: vel habens arcana. magdalum magnitudo turris. Assūpta ergo fortitudine nobilitanur vel militamus in domino: t diaboli arcana contemnimus: t magnificentiam illius t turritā superbiam declinamus.

Can.1.b ¶Non enim est ab austro vnde domin⁹ venit: t a meridie vbi sponsus recumbit in flozibus: sed possessor aquilonis vēti frigidissimi vnde exardescūt mala: qui cum sit frigidissimus nomīe dei vocatur: falso sibi assumens vocabulum virtutis et dextere cum totus sit in sinistra. a ¶Jn mara. Hiero. my. Quinta mansio est mara. i. amaritudo: non poterant ad maris gurgites guenire: t pharaonē cū exercitu videre pereuntē: nisi haberet in ore nobilitates. i. in domini cōfessiōe virtutes. Post predicationez euangelij: post tabernacula transmigrantium: post assumptam fortitudinem: post confessionis nobilitatem: pericula rursus occurrunt. Semper ergo cauende insidie: invocanda dei misericordia: vt in sequentē pharaonē possimus effugere: t nubis spiritalis baptismo suffocēt. Egressis de mari rubro occurrit beremus sur: que t solitudo ethan dicit. In qua tribus diebus egredientes nō habuerūt aquā t pueniunt ad marā ex amaritudine sic dictā. Habebat fons aquā nō dulcem. Murmurat populus aquas videns t potare nō sustinēs. Mara significat aquas occidentis littere: quibus si imitat̄ cōfessio crucis: t sacramēta dominice passionis: amaritudo vertet̄ in dulcedinē. vnde: Constituit dñs populo legē t iudicia: t tentauit eum. Ubi enī magnitudo gratie: ibi magnitudo discriminis. Ne terrearis si post victoriā venias ad amaritudinem: quia verū pascha facientes cū amaritudinib⁹ comedūt: t tentatio ꝓbationē: ꝓbatio spem: spes parit salutē. Apō medicos quoq̄ antidotū noxios humores tēperās ex amaritudine nominat: qđ dulce ostendit restituēs sanitatē. Sicut econtrario voluptas atq̄ luxuria amaritudie tēperat. Ufi q̄ ad tēpus pigues facit fauces tuas: nouissime ꝏ amari⁹ felle inuenies. ¶Post hec pfecti sūt de airoth: trāseunt p medū mar̄ rubri: t applicāt ad amaritudines. Tēpus enī pfectuū ptculoſuz est. Ex molesta tentatio est transire p medium mare: videre fluctus in tumulū crescere: audire vndarū insaniētiū frago. Si tamē sequaris moysen. i. legē dei: aque fient tibi murus dextra leuaq̄: t siccū iter in medio mari inuenies. Jllud quoq̄ celeste iter qđ agit anima potest offēdere vndas. Est enī ps aquarū sup celū: pars sub celo. Nos interum earū q̄ sub celo sunt vndas t fluctus pferimus: de⁹ viderit si ille q̄tre sint: t semper placide: nec vllis flatibus excitate. Cū aūt venerim⁹ ad transitū maris: etiā si videam⁹ pharaonē t egyptios insequētes: nihil trepidemus. credamus in vnū verū deū: t quez misit filiū suū iesū chr̄istū. Credam⁹ etiā moysi. i. lege ōi. ꝓphetis t vide.

Exo.15.c tis t videbim⁹ egyptios iacētes ad lit⁹ maris: t cātabim⁹ domino q̄ equū t ascēsorē dimersit in mare. Applicuēr ergo ad amaritudines: sed ne paueas. Omnis enī eruditio ad pſens Heb.12.e nō videt dulcis esse sed amara. postea ẋo fructū dulcissimuz iusticie reddit exercitatis. Açyma quoq̄ cuz amaritudie comedunt. Nec pueīk ad terrā ꝓmissionis nisi p amaritudines. Sicut enī medici qualdā amaritudines medicamētis inserunt ꝓ suauitate languentiū: ita medicus animarū voluit nos pati amaritudines hui⁹ vite: q̄ ex amaritudinis acquirit dulcedinē sanitat̄: sicut amarū finē finis mundane dulcedinis. Re refugias ergo applicare ad amaritudinē. c ¶Jn helim. Profecti q̄s de amaritudine venerūt in helim: vbi sunt. xij. fontes aquarū: t. lxx. palme erāt. Aides post amaritudines t tētationū asperitates q̄s amena te susci/piāt loca. Nō vēisses ad palmas nisi tētationū amaritudiēs ptulisses. Nec ad dulcedinē fontiū nisi tristia t aspera supasses. Non q̄ in his sit finis iteneris t pfectio cūctorū: sed dispēsator animarū deus interserit laborib⁹ que dā refrigeria: quib⁹ recreata aīa ꝓmptior reddat̄ ad reliquos labores. Jhelim interptat̄ arietes. Arietes sūt duces gregis: bi sūt apli duces greg⁹ xpi q̄ sunt etiā. xij. fōtes. Sed q̄ nō solum illos elegit xp̄s ſ̄ t alios. l. xx. ō. lxx. arbores scribunt̄ esse palmas: t ipsi enī apli nominant̄. vñ Paulus: Deinde 1.Co.15.a apostolis omnibus. Nec te amenitas post amaritudinē: nec req̄et post tētationē. d ¶Sed t inde regressi. Quia post apostolicā doctrinā t dulces fruct⁹ triumphoz interdū apparēt ꝑterita discrimina. ¶Profecti de heliz applicuerunt iuxta mare rubr. Nota q̄ nō iam intrāt in mare: suffecit semel itrasse: sed applicant iuxta: t mare quidez

a ¶Os nobiliū. fortitudie enī assumpta nobilitamur in domino: et despicimus beelsephon. i. dominum aquilonis t eius superbiam declinamus.

a ¶Inde egressi venerūt cōtra phiāroth quę respicit beelsephō: t castrametati sūt añ magdalū. Profecti q̄s de phiairoth transierunt per mediuz mare in solitudinez: et ambulantes tribus diebus p desertū ethan castrametati sunt

a ¶ magnitudo vel turris.

a ¶ mara interpretatur amaritudo: vt voluptas et luxuria vite amaritudine terminet: et per crucis lignum quasi per cruciatum suauitas doloris reseret.

in mārat ¶Profecti q̄s de mara venerūt in helim: ibi erāt duodecim

a ¶ arietes hi sunt apostoli et duces christiani gregis b ¶ apostolica doctrina viuentium.

b nerūt in hēlim: vbi erāt duodecim

a ¶ alij scilicet discipuli: qui tamen apostoli dicti sunt.

fōtes aquar: t pālme septuagita: c ibiq̄ castrametati sūt. Sz t inde d egressi fixert tētoria sup mare ru/ a bzum. ¶Profecti q̄s de mari rubro

a ¶ Rubus vel odium: quia cuz venimus in locū ecclesie de qua nobis loquitur deus odium inimici meremur.

f castrametati sunt in deserto sin.

vident t vndas: sed motus eī⁹ t impetus non timent.

e ¶Mare rubr̄. Hiero. Hebraice: iamsuph. Pergētib⁹ q̄dā sinus maris occurrit iuxta quē fixere tentoria qđ aliud est q̄ mare transire. Post euangelicā enī disciplinā: post dulces et bos triumphoz apparet interdū mare t ꝑterita discrimina. Jamsuph ex mari t rubro cōpositū est. Suph enī rubr̄ t scirpus dicit. Fortitan ergo venerūt ad quādā paludē carecto t iūcis plenā. ¶Es aūt congregatiōes aquaz dicūt maria. Hec māsio in Exodo nō habet: sed scriptū est q̄ de mari rubro venerunt in desertū sin: que est inter helim t sinai. xv. die mēsis secūdi egressionis eoz ex egypto. i. xxj. postq̄ egressi sūt de rameſſe. f ¶Jn deserto sin. Hiero. Profectiq̄s de mari rubro castrametati sunt in deserto sin. Hec octaua mansio est: licet iuxta Exodū. vij. Sed sciendū q̄ ois herem⁹ vsq̄ ad mōtē sinai: sin vocāt: et ex tota ꝓuincia loc⁹ illi⁹ māsiōis nomē accepit: sicut moab tā vbis q̄m ꝓuincie nomē est. Jn hac solitudine māsiones quinq̄ sūt: iamsuph t herem⁹ sin: t defeca: t halus: t raphidim. Sin aūt interptat̄ rubus vel odiū. Cū enim venerimus ad locū illius māsionis de quo nobis loquitur dñs: odiū inimici incurrim⁹: t videm⁹ ardere rubū: t non cōburi. ecclesiā ꝑsecutionibus inflammari: t loquente in illa dño nō perire. Et nota q̄ in hac mansione in qua nostra tor/cularia sunt. vnde. viij. ps. ꝓnotat̄ desertū carpimus rubi: q̄ plures deserti filij q̄s eius q̄ habet virtū. ¶Profectiq̄s de mari rubro applicuerunt in deserto sin. Sin rubus interpretat̄ vel tentatio. Jbi iam incipit arridere bonoz spes: vbi de rubo apparuit dñs et respōsa dedit moysi: t initiuz visitationis filijs israel. Solet enī in visionibus esse tentatio. Solet enim

## Nico. de lyra

¶ angel⁹

a ¶Fixerūt tēto. sup ma. ru. istud nō videt̄ vez: q̄ lā añ mare rubrū trāsierāt t ab eo se elōgauerāt p ples māsiones. Ad qđ dicēdū q̄ mare rubrū frequēter habet sinus magnos vbi plus itrat terrā: t sic factū ē h̄: q̄ postq̄ filij isr̄l transito mari rubro ambulauerāt p desertū venert sup vnū sinū mar̄ rubri

vbi fixe



2.Cor.11.c angelus iniquitatis trāsfigurare se in angelū lucis: t iō solli/
Josue. 5.d cite agēdū est vt discernas visiōes. Ufi iesus naue cū visiones videret: interrogat eū qui apparuit: noster es an aduersariorū? Jta ergo ꝓficiscēs aīa cū adinuenerit discretionē visionuz ꝓbabit spiritalis esse. Est enī inter dona spūscti discretio spirituū. a ¶Jn dephe. Hebraice phichaici. i. pulsatio. Post responsa dñi: post octauū numerū resurrectiōis xp̄i incipim⁹ sacramēta pulsare. ¶Zig. Profecti de deserto sin. venerūt in raphea: q̄ interpretat̄ sanitas. Nota oz dinē. pfectuū. Ubi spiritual efficit aīa t discretionē habet visionū: pueit ad sanitatē vt merito dicat: Benedic aīa mea dño q̄ sanat oēs lāguores tuos. Multi sūt languores anime: auaricia. s. ſuphia: iactātia: formido: incōstantia t similia. b ¶Castrametati sunt. Hiero. Decima māsio i Exodo nō habet: t credit i beremo sin cōtineri: eo
Exo.17.a dē narrāte libro: Profecta ē ois multitudo ſrael de beremo sin per māsiones suas per os domini: t venert i ra phidim. Ufi ptz ples māsiōes hui⁹ regionis vocabulo demōstrari. Jn hac solitudine murmurat populus ꝓpē famem: et conuersus respicit procul in nube glozią dei: accipit vespere coturnicē: mane autē mānā. Et nota in māsione decima fermentum poni: t postesum carnium manna tribui t impleri
Pō. 77. scriptura: Panē ā gelorū mād ducauit homo. ¶Profectiq̄s de rapheca veniunt in halus. i. labores. Nec mireris si sanitatē sequuntur labores: q̄ ideo sanatur anima vt delectabiliter laboret et dicatur ei: Labores fructū tuorum manducabis: beatus es t bñ tibi erit. c ¶Jn raphi. Hiero. Castrametati sūt in raphidim. Undecia māsio hec in Exodo ꝺz post ꝓfectionē de
Exo. 17.b beremo sin. Jn ea querit̄ ppls ob ardozē sitis: t fons de petra oreb erūpit t ꝓfluit: tētatiōisq̄ nomē sortit̄. Moyses ascendit in montē: iesus contra amalech militat: t crucis signo superat̄ inimicus. Remissis oāt̄is manibus host⁹ victor insequitur. Sedet moyses sup lapidē cacharie: qui septē oc̄los habet t in samuelis volumine appellat̄ abnecer. i. lapis adiutorij. vtrāq̄ manū ei⁹ aaron t hur. i. montan⁹ t lucidus sustinēt: deuicto aduersario supuēit ietro. adducit sephorā t vtros q̄ filios: dat consiliū. lx. seniorū: t in typū ecclesie de gētibus congregate imminutio legis cuā gelio suggerēte cōpleī. Bene dissolutio vel sanitas fortiū raphidim dicit: ꝓpter dissipatuz amalech: vel sanatū israel: vel remissio manuū iuxta syros. ꝓpter offensam ppli: qui contra dñm in hoc loco murmurauit. Post fermentū ergo halus t massam ecclie solēt demonū tēta menta consurgere. ¶Origē. Post hec veniunt in raphidim q̄ interpretatur laus iudicij. Bene laus sequit̄ post labores: sed laus iudicij. Fit ergo digna laude aīa que recte iudicat t discernit: que. s. spiritaliter dijudicat omnia: t a nemine dijudicatur. d ¶Jn deserto sinai. Hiero. Sinai duodecima mansio. Statim tibi veniat in mentē apostolor⁹ numerus. Una de pluribus: sed maioz omnibus: nō separat̄ in ordine: ꝑcellit in me
Exo. 19.a rito. Ad hanc. xlvij. die pueniūt dicente scriptura: Mense tertio egressionis filioz israel de egypto: in die hac transierunt in solitudine sinai. ¶Post peruenit̄ in desertū sina. Sina quidē locus deserti est: quem supra sin nominauit. Sed hic magis locus montis qui in ipso deserto est: appellatur: qui ex vocabulo ꝺserti sina dicitur. Postq̄ ergo laudabilis iudicij facta ē aīa t rectū cepit hēre iudiciū: dat ei ler a deo: q̄ capax ē dinioz secretoz t celestiū visionū. e ¶Ad sepul. cō. Hiero. Tredecia māsio sepulchra cupiscētie. Est aūt sēsus ille ꝺ euāgelio q̄ dñs iesus baptiz⁹: stati a spū duct⁹ ē i desertū: t tēptabat̄ a diabolo. Jtaq̄ isr̄l post familiarē cū deo sermonē postq̄ iuxta montē sinai cōmotus est: anno vno t dieb⁹. iij. mira dispositione castrozū egressus est in solitudinē pharā: que interpretatur onager vel scritas. Jbiq̄ succūbit male bestie fastidiens celestem panem. ¶Origē. Profecti de sina veniunt ad sepulchra concupiscentie: vbi sez sepulte sunt t obrute concupiscētie t extincta omnis cupiditas: ne vltra concupiscat caro aduersus spūm: mortificata. s. morte christi. f ¶Jn aseroth nō. Hiero. Quartadecima mansio in aseroth: q̄ interptat̄ atria. Jbi aaron t maria ꝓpter ethiopissam cōtra moysen murmurant: t in typū murmurāt⁹ ꝓtra ecclesiā de gētib⁹ cōgregatā ppls indeozū lepra pfudit: nec redit ad tabernaculū cū ꝑstina sanitate: donec statutum plenitudis gētiū tp̄s cōpleat. ¶Hi. Post hec venit̄ in aseroth qđ interptat atria pfecta vel beatitudo. Jn/tuere viatoz diligēti⁹ q̄s sit ordo ꝓfectuū. postq̄ sepelieris t mortificaueris cōcupiscētias carnis: vēies ad amplitudinē artioz t venies ad beatitudinē. Beata est enī aīa q̄ ia nullis vitijs carnis vigeāt. g ¶Jn rethma. Hiero. Castrametati sūt i rethma. Nec ē. xv. mansio. t notandū q̄ reliquę māsiōes xvij. quarū breuiter catalog⁹ describit a rethma vsq̄ ad asiongaber. i. xxij. mansionē sub pharā solitudinis nomine cōtinent. Jn quib⁹. xij. explo-
Num.13.a ratores missi sūt ad terrā sanctā: t botrus in ligno relat⁹ ppls gigātes foremidās murmurat t ꝓtra amalech pugnat t vincit. Jn datan t abriō t filios chozevindicta dei ꝓfert: virga aaron germinat: vitula rufa in holocaustum cremat. Postq̄ sepulchra cōcupiscētie t vestibula trāseundū ē ad imperiū que diu calozē seruat: vt simus feruētes spū t claro sonitu euāgeliuz ꝓdicemus. ¶Zi. Jnde vēit in rethma siue pharā. Rethma visio cōsumata interpretat̄. Pharā ẋo visibile os. Quid vbi ita crescat aīa vt cū desierit molestijs carnis vzgeri visiōel habeat cōsumatas. t rex pfectā capiet intelligentiā. causas. s. incarnationis verbi dei: t rationes dispensationū eī⁹ altiꝰ cognoscens. b ¶Jn remonphares. Hiero. Mali punici diuisio. Jn quo significat̄ ecclia q̄si multa grana vno cortice cōtegi: dū omnē turbā credentiū in fidei vnitatē cōcludit. Uel varietas t ꝺsonātia virtutū. Ufi multitudinis credentiū erat. c. v. t. a. vna. Act.4.f
Sicq̄ diuisi sunt singuli gradus: vt omnes eadē cōpage teneantur. ¶Orige. Jnde venitur in rēmonpha: vbi. s. diuinaz t celestiū rerū a terrenis t infimis discretio fit. Crescente enī intellectu anime noticia ei excelsoz prebetur: t iudiciū datur quo sciat a tēporalib⁹ eterna: t a ꝑpetuis caduca separare.
i ¶Jn lebna. laterē. s. Jn hoc enī trāsitu nunc crescim⁹ nunc decrescimus. t post multos ꝓfectus sepe ad laterē. i. carnalia opa redimus. ¶Post hec venit̄ in lebna: qđ interptat̄ dealbatio. Scio in alijs dealbationē culpabilē poni: vt cū dicit paries dealbat⁹: t monumēta dealbata. Jdic aūt dealbatio ē ꝺ qua dicit: Nauabis me t sup niuē dealbabor. Et si fuerint Ps.50.
pctā vestra sicut phenicij: vt niuez dealbabo. t alibi: Jbi.67
Riue dealbabunt̄ in selmon. Et veteres dierū capilli dicunt esse cādidi. i. albi sicut lana. Hec igit̄ dealbatio ex splēdore verę lucis intelligitur prouenire: t ex visionū celestiū claritate descēdere. k ¶Jn ressa. Frena. s. Si enī ad lutulenta opera descendimus infrenandi sum⁹: t cursu vagi atq̄ precipites septurarū retinaculis dirigendi. ¶Origenes. Post hec fit māsio in ressa: quod est visibilis vel laudabilis tentatio. Cuius enim grandes habeat ꝓfectus anima: tamen tentatiōes nō auferunt̄ ab ea: quia quasi custodia: t munimen sunt ei. Sic̄ enim caro si non sale aspergitur corrumpitur: ita anima si tentatione non salitur continuo resoluitur. Unde dictum est q̄

## Nico. de lyra

¶ omne

vbi fixerūt tētoria. a ¶Jn raphi. fixe. tē. vbi ppls defuit aq̄ tē. put habet Exo. xvij. b ¶Sed t de soli. Hic ꝺz enumerant māsiōes a mōte sinai exclusiue vsq̄ ad cades inclusiue: t sūt māsiones. xxj. c ¶Jene. ad sepul. cōcupis. sic enī vocat⁹ est loc⁹ ille: q̄ ibi sepultus est ppl⁹ q̄ desiderauerat carnes: vt dictū ē. s. xj. ca. Let era patēt i littera.

1.Co.12.b omne sacrificium sale salietur. Hinc Paul⁹ ait: Ne magnitudo reuelationū extollat me: dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis mee. ℌ est ergo visibilis ⁊ laudabil' tẽtatio. a ¶ In mõte sepher. Hie. Pulchritudis. Mõs aũt pulchritudis est christus. Vicesima
Ps.14. mãsio in mõte pulchritudis ꝟstituta est, de qua ꝺr: Dñe ꝙs habitabit i taber.tuo ⁊c. Vide ꝙd ꝓsint frena. A vitijs nos retrahũt: ad vir/tutũ thoros nos introducunt: in christo mõte pulcherrio habitare faciũt.

Inde venit in mõte sepher. qđ tubicinatio dicit. Tuba signũ belli ẽ: vbi ei se tantis ac talib⁹ virtutib⁹ armatam sentit anima necessario ꝓcedit ad bellũ qđ est cõtra ꝓncipatus ⁊ ptates: et buj⁹ mũdi rectores. Al' tuba cãit i verbo dei: doctrine. ſ. ⁊ predicatiõis: vt q̃ audierit tubã ꝑparare se possit ad bellum. b ¶ In arada. Hiero. Miraculũ. Et nota ordinẽ: post frenos i ecclesiam intromittimur: inde ad montem
1.Cor.2.c christi ascendimus: in quo positi miramur que nec oculꝰ vidit: nec auris audiuit. ¶ De mõte sepher venerũt i caradad: qđ interꝑtatur idone⁹ effectus vt. ſ. dicat: idoneos nos fecit ꝓmistros noui testamenti. c ¶ Maceloth. Cetus. Hec est ecclia de qua dicit: Ecce
Ps.132. q̃ bonũ ⁊ q̃ iocundũ ba.fra. i vnum. vl cõsonãtia oĩm virtutũ. ¶ Inde venitur ad maceloth: qđ interpretat ab initio. Cõtẽplat enĩ q̃ ad pfectionẽ tẽdit initiũ rerũ: ĩmo cũcta ad eũ refert qui erat in principio apud patrẽ. ſ. deum: nec ab isto vnq̃ recedit initio.

Et hac venit in maceloth: qđ est ꝓnciparus vel virge: vtroq̃ ptãs indicatur: ⁊ q̃ eousq̃ ꝓfecerit: vt dominet corpori quasi tenens virgam potestat⁹
Gala.6.d immo toti mundo. cũ dicit: Mihi mũdus crucifixus est ⁊c. d ¶ Taath. Panor qui est custos beatitudinis: vt qui tantũ ascendit non superbiat: quasi venisti ad ecclesiã: ascendisti ad montẽ pulcherrimũ: stupore et miraculo christi magnitudinez
Ro.12.a consideris. Vides ibi multos virtutis socios: Noli altuz sapere: sed sapere ad sobrietatem. Timor virtutũ custos: securitas
Ps.22. labilis. vnde: Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me consolata sũt. Hoc est dum tormenta formido: gratiam acceptã seruo.

¶ Orige. Post hec fit mansio in taath. quod est confirmatio vel patientia. Necesse est ei eũ qui vult alijs ꝓdesse multa pa-
Act.9.c tj: ⁊ cuncta patienter ferre. vnde: Ego enĩ ostendam ei quãta oporteat cũ pro nomine meo. c ¶ Castrametati sũt in thare. Hiero. Id est malicia vel pastura: ſm quosdam: Nec erraret si per eyn litterã scriberetur. Sed quia aspiratio duplex in extrema syllaba est: errozis causa manifesta est: eodẽ vocabulo ⁊ eisdem litteris patrẽ abrae scriptum inuenio: qui in apochrypho parue genesecos volumĩe abactis eozuis que hominũ frumenta vastabant: abactoris: vel depulsoris sortitus est nomen. Imitemur ergo thare: ⁊ volucres iuxta viam triticũ deuorantes ꝓhibeamus. Nam abrãã patriarcha in typo israelis sacrificia per mẽbra diuisit: ⁊ volucres abegit: ⁊ ꝓtẽptozes oculũ effodiũt eozui de ꝙallibus: veruntamen moyses ducit ethiopissã: ⁊ helias a eozuis pascit. Inde venit ad thara: qđ ẽ cõtẽplatio stupozis. i. extasis: cũ alicuj⁹ magne rei stupescit anim⁹.

¶ Hieron⁹. Malicia: vel pastura qđ ad ꝓpositos ecclesie: vel ad custodiã anime refertur: vt sollicitus sit q̃ pascit: ne diabol⁹ in caulas ouium: id est ecclesias aliquo vitiozũ fozamine se ingerat. f ¶ Mercha. Hiero. Dulcedo. Quasi: ascendisti in excelsũ montẽ patris: ⁊ mirat⁹ es virtutũ chozos: timuisti ruinã: abiecisti insidiatozes: tõ dulcis te fructus laboris insequik: vt
Ps.118. dicas: Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua. Samson que abIudi.15.a egerat a fructib⁹ suis anes: ⁊ vulpes q̃ exterminãt vineas col-
Ibi.14.b ligan erat: leonem quoq; interfecerat rugientem: fauum inuenit in ore mortui. ¶ Post hec venerunt ad mercha: quod ꝺiteꝛpretatur moꝛs nouã. Moꝛs autem noua est: quando christo cõmoꝛimuꝛ ⁊ cõsepelimuꝛ et conuiuam⁹ ei. g ¶ Esmona. que interꝑtatur festinatio: quia post dulces fructus laboris nõ debemus esse ociosi: ſz obliti preteritozũ in futura nos extẽdam⁹

ℌ Orige.

a ſ qõ iterꝑtat ecclia: vt vagi cursus ad ecclesiaz referantur.

ressa venerũt in cẽelatha. Vñ ꝓ/
a fecti castrametati sũt in mõte se/pher. Egressi de monte sepher ve
b nerũt in arada. Inde ꝓficiscẽtes
c castrametati sunt in maceloth. Profectiq̃ de maceloth venerũt
d in taath: De taath castrametati sunt in thare: Unde egressi fixe/
f re tentoria i metcha. De metcha
g castrametati sũt in esmona. Profectiq̃ de esmona venerũt in mo
b seroth: Et de moseroth castrame
ſ als baneiachan.
tati sunt in baneiachan: Egressi/
i q̃ de baneiachan venerũt in mõ/
k a ſ expeditio vel accinctio vel nũcius vel cõcussio hozũ ḋcḋ magister facit in mõte cõsistit. ſ vl gal garth. ſ vel galgad.
tem galaad. Inde ꝓfecti castra
ſ tricesima mansio.
l metati sunt in iethebatha: et de
m iethebatha venerũt in hebzona. Egressiq̃ de hebzõa castrameta/
n ti sunt in asiongaber. Inde ꝓ/fecti venerunt in desertum sin:
o

Orige. Inde ad semã venitur quod os vel ossa significare dicitur: in quo virtus ⁊ robur patientie declarat. b ¶ Moseroth. Vincula: vel disciplina. Ut magistrozũ teramus limina: et ꝓcepta virtutũ ac mysteria scripturarũ vincula putemus esse eterna cõtra diaboli potestatẽ ⁊ vincula. Quib⁹ diruptis vicit hostel samson. de quibus dicitur: Dirupisti vincula mea. ¶ Qui
Ps.115 vinculo christi fuerit ligat⁹ dicet: Si/nistra eius sub capite meo: ⁊ dextera eius amplexabitur me. ¶ Orige. Inde ad moseroth: quod est excludens: vt lã excludat suggestiones contrarij
Eccl.10.a spiritus de cogitationib⁹ suis. Unõ si spũs potestatẽ habẽtis descẽderit su/p te: locũ suũ ne dimittas. Tenẽdus est ergo locus: ⁊ excludẽdus aduersarius est: ne inueniat locũ i corde nro. vñ: Rolite locũ dare diabolo.
Eph.4.d t ¶ Baneiachan. Hiero. Filij necessitatis vel stridozis. xxviij. mãsio. Nota numerum: quia ſ ab vno incipias: ⁊ paulatiz addẽs ad septimũ vsq; ꝓ/uenies vicesimus octauus efficitur.

Hiero. Baneiachan interpretat filij necessitatis vel stridozis. De his filijs dicitur: Afferte dño filios arietũ.
Ps.28. Cũ aũt diuinis scripturis fueris eruditus: ⁊ leges eaz⁹ testimonia scieris esse vincula charitatis: ⁊ cõtẽdes cuz aduersarijs ligabis eos: ⁊ victos duces in captiuitatẽ: ⁊ de hostibus ⁊ captiuis efficies liberos dei. Et filij stridoꝛis timoꝛe iudicij vel supplicij: vbi est fletus et stridoꝛ dentiũ: deseꝛentes vincula diaboli: christo colla submittent. ¶ Orige. Post hec venit ad baneiachã: qđ significat fõtes vel exco/lationes. vbi scz diuinozũ verboꝛũ fõtes haurit vsq; quo excolet eos ibendo: vt nec minimũ quidẽ mãdatũ ꝓtereat: immo nec vnuz iota: aut vnus
Mat.5.e apex de verbo dei in intellectu ei⁹ beatur ociosus. k ¶ Monte ga. Hie
ro. Galaad vel galgath: interꝑtat ſtunci⁹ vl actio vl cõcussio. Nõ enĩ possum⁹ facere filios necessitatis nisi ꝓceptores eoruz interfecerim⁹: nec parcat man⁹ nr̃a armũ aut extremũ auriculę extrahere de ore leonis: ⁊ nũciauerimus ꝓnia futura ⁊ accinctos esse in rebellẽdo docuerimus. vñ: Maledict⁹ q̃ facit
Hie.48.b opus dei negligenter: ⁊ ꝓhibet gladiũ suũ a sãguine. Et dauid: In matutino interficiebã oẽs pec.ter ¶ Post hec venit i ga-
Ps.100. laad qđ interꝑtat tẽtamẽtũ vl cõstipatio: fortitudo q̃dam in deo: ⁊ munimen est anime tẽtamẽtũ. Ita enĩ virtutib⁹ admulcetur vt videatur absq; eo nec decore esse nec plene. ⁊ iõ ꝓficientibus ad virtutẽ varie ⁊ frequẽtes mãsiones in tentationibus fiũt: quas ch̃isteris applicabis in thabatha. Thabatha iterꝑtat bona: ad bonũ ergo nõ nisi post tẽtationũ experimenta venitur. l ¶ Jethebatha. Hiero. Bonitas que ẽ
Ezech.1.a christus. vt cũ puenerim⁹ ad ꝓfectũ virũ sacerdotalẽ graduz ⁊ etatẽ plenitudinis xꝑi in q̃ Ezechiel erat iuxta fluuiuz chobar possim⁹ in. xxx. Ps. canere: Dñe in te speraui nõ cõfun.i
Jos.10.b eter. Pastor ei bon⁹ põit aiaz suã ꝓ ouib⁹ suis. m ¶ Hebzona. Hiero.
1.Cor.7.f Trãsitus. i. mũdus. Preterit enĩ figura huj⁹ mũdi in quẽ venientes scti cupiũt ad meliora trãsire. Ad hãc mãsionẽ vẽit ver⁹ hebze⁹. i. trãsitor: qui dicere potest trãsiẽs. Si
Exo.3.a debo visionẽ hãc magnã. vñ: Et nõ dixerit q̃ ꝓteribãr: Visi/
Ps.118. ctio domini sup vos. ¶ Orige. Inde applicuerũt in hebzona qđ est trãsit⁹. Trãseunda enĩ sũt omnia: que etiaz si ad bona venias oportet te ad meliora transire: vsq; quo ad illũ bonuz venias in q̃ semp debeas pmãere. n ¶ In asiongaber ligna viri: q̃ scz saltuũ ⁊ omniũ arboꝛ genera põt multitudinẽ gentiũ figurare. Ducuq; solitudo pharan. xvij. cõtinet mãsiones q̃ describte in catalogo in supioze itin ere nõ ponunt. ¶ Qui. Post hec venit ad asiongaber: qđ interpretat ꝓlia viri. Si quis desiꝛt puer esse sensib⁹: puenit ad consilia viri: sicut ille q̃ dicebat: Q̃ aũt fact⁹ sũ vir euacuaui q̃ erãt puuli. Sũt ergo
1.Co.13.b magna ꝓlia viri. vñ: Aqua alta cõsiliũ in corde viri.
Pro.20.a o ¶ In deser. sin. Hie. Querit cur octaua. ſ. mãsio. xxviij. dicat. Sz sciẽdũ q̃ ꝓioz scribit q̃ sameth lr̃az: ⁊ interꝑtat rub⁹

ℌ vel odiũ



ℌ vel odiũ. Hec aũt ꝓ sade: ⁊ interꝑtat mãdatum. Cades nõ (vt pleriq; estimãt) sctã dicit: ſ mutata ⁊ trãslata. vñ in Heñ. Idiras interrogat ſm hebraicã veritatẽ vbi est cades. i. fcortũ cuius habit⁹ a ceteris femĩs mutat⁹ est. Sin aũt sctã interꝑtat q̃ antifrasim: sicut parce dicũt: q̃ minime parcũt: ⁊ bellũ: q̃ non
Ro.10.c est bonũ: ⁊ lucus: q̃ nõ lucet. Jn hac ei mãsione mozit maria ⁊ sepelit⁹: ⁊ ꝓpter aquas cõtradictionis moyses et aaron offendũt dñm: ⁊ ꝓhibent trã/sire trãs iordanẽ. Missisq; nũcijs ad eosdẽ trãsitus petit ⁊ negat. Quis timeret post tãtos ꝓfectos murmur populi: ⁊ offẽdã mgroꝛ: ⁊ vie trãsit⁹ denegatos? Et nota q̃ post mortẽ ꝓpheti
a ⁊ aqs ꝺdictiois idumeuz carneũ atq; terrenũ trãsire nõ possũt. Sz egrediatur edom aduersus eos in ꝓ\o mlto: ⁊ in fozti manu. Interꝑtatio q̃s nominis mozti ⁊ offense: ⁊ negato transitui
b cõuenit. vbi enĩ mãdatũ ibi peccatuz: vbi peccatũ ibi offensa: vbi offensa ibi mozs. De hac mãsiõe dicit: Cõmouebit dñs ꝺsertũ cades. ¶ Ori. Hinc iterũ sin. i. tẽtatio: q̃ nec aliter expedit ħ iter agere. Aurifex enĩ vas necessariũ facere volẽs frequẽter admouet igni: subdit malleis: rasozijs perstringit vt purgatius fiat: ⁊ ad speciem quam ꝓspicit artifex pueniat. ¶ Orige. Post hec venerunt ad pharaã cades q̃s est fructificatio sancta. Vides quo venitur: vides: quia tẽtationis sulcos fructificatio sancta subsequit. Hoz. Hiero. Quidã interpretãt lumẽ: nec errarẽt si q̃ alepli lr̃am scriberet, alij pellẽ qui vex dicerẽt si ibi esset eyn. Mõnulli fozamẽ qđ posset accipi: si beth baberet elementũ. Cũ aũt legat⁹ p̃ bemagis mons intelligitur. Et legi potest.
a ſ Hiero. Sancta per antifrasim.
Hec est cãdes. Egressiq̃ de cades
a castrametati sũt in mõte hoz i ex/
b tremis finibus terrę edom. † Ascẽ
c ditq; aaron sacerdos i mõtẽ hoz iubente domino: ⁊ ibi mortu⁹ est anno q̃dragesimo egressiõis filiorũ isrl̃ ex egypto mẽse quito: ꝑma die mẽsis cũ esset annoꝝ cẽtũ vi/
b gititrium: Audiuitq; chananęus
b rex arad qui habitabat ad meridiẽ in terrã chanaan venisse filios israel. Et ꝓfecti de monte hoz
c castrametati sunt in salmona: vn
d de egressi venerunt in phinon.
e Profectiq̃ de phinon castrame/
e tati sũt in oboth: ⁊ de oboth ve/
ſ aceruus lapidum transeuntiũ. i. fcoꝝ ꝓ hoc se culũ ad alias mansiones transeuntes.
f nerũt in ieabarim: q̃ ẽ in finibus moabitarũ. Profectiq̃ de ieaba
a ſ fortiter intellecta tentatio.
g rĩ fixere tẽtoꝛia i dibõgad: vnde
b egressi castrametati sũt i helmon/

Ro.10.c

Jos.20.d

Ibidem. c

Ibidem

Luc.1.d

